

Acta Congregationis

a SS. Cruce et Passione D. N. J. C.

Jesu Christi Passio sit semper in cordibus nostris

EX ACTIS APOSTOLICAE SEDIS

CONSTITUTIO APOSTOLICA

ERIGITUR IN VICARIATUM APOSTOLICUM PRAEFECTURA APOSTOLICA DE TSHUMBE, IN CONGO BELGICO.

PIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Laeto animo accepimus Praefecturam Apostolicam de Tshumbe intra Congi Belgici fines, dilectorum Filiorum sodalium Congregationis Clericorum Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C., quibus concredita est, ope et industria, non mediocre religionis incrementum suscepisse : adeo ut digna sane videatur, ut ad maioris dignitatis gradum elevetur.

De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attento venerabilis Fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi titularis Stauropolitani et in Congo Belgico Delegati Apostolici, favorabili voto, Nos, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam illam Apostolicam de Tshumbe, eodem servato nomine, in Vicariatum Apostolicum evehimus, erigimus et constituimus ; et illum, ut antea, praefatae Congregationi Clericorum Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C. concreditum volumus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum.

Novo autem huic Vicariatus Apostolico de Tshumbe eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur, eosque pari-

ter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent.

Nemini autem hanc paginam eversionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo non-gentesimo quadragesimo septimo, die tertia decima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno nono. — A. L.

Pro S. R. E. Cancellario

JANUARIUS CARD. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE

Decanus Sacri Collegii.

PETRUS Card. FUMASONI — BIONDI

Praefectus S. Congnis « de Propaganda Fide ».

Alfridus Liberati, *Canc. Apost., Adiutor a studiis.*

Loco ✠ Plumbi.

Vincentius Bianchi — Cagliesi, *Prot. Ap.*

Fran.cus Hannibal Ferretti, *Prot. Ap.*

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXXIII, N. 20. — Aloisius Trussardi.

Angelus Pericoli, *Scrip. Ap.licus.*

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DE VEXILLORUM BENEDICTIONE

Proposito dubio : « An vexilla cuiusvis civium partis (*partito politico*) benedicere liceat », E.mi ac Rev.mi DD. Cardinales fidei moribusque tutandis praepositi, attento decreto huius Supremae, diei 31 Augusti 1887, in generali consessu habito feria IV, die 5 Martii 1947, respondendum decreverunt : *Negative*.

Et sequenti feria V, die 6 eiusdem mensis et anni, SS.mus D. N. D. Pius Divina Providentia Papa XII, in Audientia Exc.mo D.no Adessori S. Officii impertita, relatam Sibi Em.orum Patrum resolutionem ratam habuit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 20 Martii 1947.

SEBASTIANUS FRAGHI

Supr. S. Congreg. S. Officii Notarius.

DOCUMENTA PONTIFICIA CONGREGATIONIS

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I

APPROBATIO DECRETI 27 CAP. GENERALIS XXXV (DE INSTITUTIONE SUPERIORIS AD NUTUM AMOVIBILIS IN DOMIBUS ALUMNATUS).

SUPPLEX LIBELLUS

Nº 8248/46

Beatissime Pater,

Abbas Praeses Capituli Generalis Congregationis a Passione Jesu nuperrime celebrati, ad pedes S. V. provolutus, humiliter petit : approbationem sequentis Decreti eiusdem Capituli Genera-

lis cum dispensatione super praescripto can. 505, ad experimentum pro spatio 12 annorum. Istud Decretum sic sonat :

« Cum Domus Alumnatus in Congregatione nostra characterem specialem habeant in Regulis nostris non consideratum, praesens Capitulum Generale, ad occurrentes difficultates eliminandas, declarat, Praepositum provincialem, de consensu suorum Consultorum, posse in Domibus Alumnatus Superiorem ad nutum amovibilem instituere, si locorum circumstantiae et graves rationes, iudicio Capituli provincialis ante electiones Rectorum manifestando, id suadeant ».

Decretum ipsum cum maioritate absoluta a Capitulo Generali approbatum est.

Quapropter Praeses huius Capituli enixe S. V. rogat, ut illud, non obstante art. 259 Constitutionum Congregationis a Passione Jesu, et non obstante can. 505 CJC, approbetur ad experimentum pro spatio 12 annorum. Decreta enim Capituli Generalis Congregationis a Passione Jesu a duobus subsequentibus Capitulis Generalibus, quae omni sexennio celebrantur, approbari debent, ut lex stabilis fieri queant. Durante spatio 12 annorum, celebratis duobus Capitulis Generalibus, apparebit, quid in casu ad maius bonum huius Congregationis statuendum sit cum approbatione S. Sedis.

Et Deus etc.....

BENIGNA CONCESSIO

Vigore facultatum a SS.mo Domino Nostro concessarum, S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne annuit pro gratia approbationis ad experimentum pro spatio duodecim annorum juxta preces, servatis ceteris servandis.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 25 Novembris 1946.

Fr. L. H. Pasetto, *Secr.*

L. ✠ S.

H. Agostini, *ad. a Studiis.*

II

FACULTAS TRIBUITUR ORDINARIO COVINGTONENSI ERIGENDI NOVUM MONASTERIUM SANCTIMONIALIUM A PASSIONE IN LOCO COVINGTON (IN STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE).

Sacra Congregatio de Religiosis, Rescripto diei 3 Februarii 1947 (N. 2237/47), Ordinario Covingtonensi concessit ut erigere possit Monasterium Sanctimonialium a Passione in dioecesi Covingtonensi, in Statibus Foederatis Americae.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

REV.MUS P. IOSEPHUS AUGUSTINUS HAGENDORENS, C. P., PRAEFECTUS APOSTOLICUS DE TSHUMBE, TITUL. EPISCOPALI ECCLESIAE CAFFENAE PRAEFICITUR.

Decreto diei 13 Martii 1947 Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, SS.mus D.nus Noster Pius div. Prov. Pp. XII dignatus est praeficere titulari episcopali Ecclesiae Caffenae Rev.um P. Iosephum Augustinum Hagendorens, C. P., hactenus Praefectum Apostolicum de Tshumbe (in Congo Belgico) (Cf. A. A. S., vol. XXXIX, pag. 232).

SACRA CONGREGATIO RITUUM

CONGREGATIONI NOSTRAE INDULGETUR UT FESTUM BEATAE MARIAE GORETTI, VIRGINIS ET MARTYRIS, RECOLI VALEAT SUB RITU DUPLICI MINORI.

N. C. 92/947.

Congregationis Passionis

Instante Rev.mo P. Praeposito Generali Congregationis Passionis, Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XII. tributis, attentis peculiaribus adiunctis in supplici libello expositis, benigne indulsit ut in praefata Congregatione Passionis festum Beatae Mariae Goretti, Virginis et Martyris, sub ritu duplici minori, cum Officio et Missa eodemque die quo in dioecesi Albanensi, re-

coli valeat ; servatis de cetero Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 21 Junii 1947.

✠ CAROLUS Card. SALOTTI, S. R. C. *Praefectus*.

L. ✠ S.

✠ A. Carinci, Arch. Seleucien., *Secretarius*.

ACTA CURIAE GENERALIS

I

CAPITULUM GENERALE XXXV CONGREGATIONIS NOSTRAE POSTULAT A SUMMO PONTIFICE PIO XII DOGMATICAM DEFINITIONEM ASSUMPTIONIS B. MARIAE VIRGINIS.

BEATISSIME PATER,

Superiores Congregationis a Passione Domini, qui nuper ex variis Europae et Americae nationibus, necnon ex Australia, Romam convenerunt, Capituli Generalis XXXV celebrandi causa, magna cum laetitia perpenderunt undique terrarum ab Episcopis, a religiosis familiis, a fidelium coetibus ad Apostolicam Sedem litteras pervenire implorantes dogmaticam definitionem Assumptionis corporeae B. Mariae Virginis. Et laudarunt quidem et maxime probarunt quod etiam nostra Curia Generalis praeterito mense Iunio preces obtulerit Sanctitati Vestrae ad tantam gratiam assequendam ; voluerunt tamen Patres, unanimi consensu, ut, nomine ipsius Capituli Generalis, ad pedes Sanctitatis Vestrae altera exhiberetur petitio, quae clarius proderet vota totius Sodalitatis nostrae inde a suis exordiis speciali cultu Assumptionem Virginis Deiparae prosecutae, ad exemplum sancti Patris Legiferi, simulque esset testimonium grati animi Sodalium omnium a Passione Iesu erga Dei Genitricem ob tot beneficia Sodalitati nostrae collata.

Ipsa enim exstitit inspiratrix et adiutrix S. Pauli a Cruce in Sodalitate instituenda ; ipsa materno affectu et singulari praesidio Sodalitatem semper fovit ac protexit ; ipsa Gabrielem a Vir-

gine Perdolente, Vincentium Mariam Strambi, Dominicum a Matre Dei aliosque sanctitatis flores Sadalitati addidit virtutibusque exornavit; ita ut, ex decreto Capituli Generalis XXXIII, merito invocetur « Regina Congregationis nostrae ».

Veritas autem Assumptionis corporeae B. Mariae Virginis videtur iam esse de fide ex universali et ordinario Ecclesiae magisterio; atque recte probant theologi eam formaliter implicite revelatam esse in verbis Geneseos (c. 3, v. 15), quibus praedicitur perfecta victoria a divino Redemptore, una cum Matre sua, de diabolo reportanda.

Nostro vero tempore sollemnis definitio Assumptionis B. Mariae Virginis quam opportunissime accideret. Magis enim magisque demonstraret divinam magnificentiam et harmoniam in opere Redemptionis: sanctam nempe Dei Genitricem, sicut in Passione Filio suo intime coniunctam, ita etiam in gloria. Dogmata vitae aeternae et corporum resurrectionis, quae ab hodiernis materialistis negantur, mirifice confirmaret; simul ac ostenderet veras rationes dignitatis corporis humani, cui hodie multi excessivum et indebitum cultum tribuunt. Bonitatem insuper Cordis Iesu in glorificatione Matris suae extolleret; atque fidelium corda ad maiorem devotionem erga SS. Virginem excitaret, a qua plura beneficia in christianum populum, tot erroribus et insectationibus impetitur, expectari possunt.

Dignetur igitur Sanctitas Vestra, Beatissime Pater, christifidelium omnium vota complere, infallibili oraculo definiendo Assumptionem corpoream in caelum sanctae Dei Genitricis.

Interim Benedictionem Apostolicam Patribus Capituli Generalis XXXV et Sodalibus omnibus a Passione Domini humiliter imploro, dum toto corde permaneo

Sanctitati Vestrae addictissimus filius

Romae, ex Recessu SS. Ioannis et Pauli, die 15 Octobris 1946.

ALBERTUS A V. PERDOLENTE
Praep. Gen. C. P.

ALFRIDUS A SS. SACRAMENTO
Proc. Gen.

Supra relatis postulatoriis litteris Secretaria Status Sanctitatis Suae haec respondit.

SEGRETERIA DI STATO
DI SUA SANTITÀ

Dal Vaticano, 17 Aprile 1947.

Secretaria Status Sanctitatis Suae renuntiare properat litteras per quas postulatum est, ut Deiparae Virginis in caelum Assumptio catholicae fidei dogma edicatur, Augusto Pontifici rite pervenisse Eiusque mandato ad Supremam Sacram Congregationem S. Officii transmissas esse. Gaudet demum Apostolicam Benedictionem transmittere, qua Beatissimus Pater obsequii pleno officio respondet.

C. Grano, C. P.

II

REV. MUS PRAEPOSITUS GENERALIS A SUMMO PONTIFICE POSTULAT UT IN « ANNUARIO PONTIFICIO... » CONGREGATIO NOSTRA INSCRIBATUR INTER RELIGIOSA INSTITUTA QUAE IPSUM SUMMUM PONTIFICEM TANQUAM PROTECTOREM HABENT.

« BEATISSIMO PADRE,

« Il Preposito Generale dei Passionisti, prostrato ai piedi della Santità Vostra, espone che la santa memoria di Pio VII con la Bolla « Gravissimas inter curas » si degnò ricevere in perpetuo sotto la protezione speciale della Sede Apostolica la Congregazione dei Passionisti, con queste parole :

« Cum itaque dilectus filius Praepositus Generalis, et universa Congregatio Clericorum discalceatorum SS. Crucis et Passionis D. ni N. ri Iesu Christi nuncupatorum supplices apud Nos institerint ut exempla secuti tum felicitatis recordationis Clementis XIV, tum san : mem : Pii VI. Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum, se sub speciali Sedis Apostolicae protectione susciperemus ...

« Nos igitur, ipsius Praepositi Generalis et totius Congregationis desiderii annuere volentes.... ex certa scientia deque Apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium universam eorum Congregationem et personas eidem modo addictas et in poste-

rum addicendas cum suis domibus ubilibet constitutis, quas nunc possident et possidebunt in posterum, sub speciali Nostra et Apostolicae Sedis protectione recipimus et perpetuo constituimus».

« Affinchè pertanto di una grazia così segnalata, che tanto onora l'umile Istituto della Passione, consti pubblicamente, l'umile oratore supplica la Santità Vostra di voler disporre che nell'Annuario Pontificio, fra gl'Istituti religiosi che hanno per protettore il Sommo Pontefice, s'inserisca pure la Congregazione dei Chierici Scalzi della SS. Croce e Passione di N. S. Gesù Cristo.

« Che della grazia ecc.

« Roma, 28 novembre 1946.

« ALBERTO DELL'ADDOLORATA
Prep. Gen. C. P. »

Relatae petitioni, SS.mo D. N. Pio PP. XII porrectae a Rev.mo P. Praeposito Generali, occasione privatae audientiae die 28 Novembris 1946, Sanctitas Sua benigne ac libenter annuit eamque exsequi mandavit. Revera in « *Annuario Pontificio per l'anno 1947* » (vid. pp. 28 et 667) Congregatio nostra recensita est inter religiosa instituta quae Summum Pontificem tanquam Protectorem habent.

III

INDICUNTUR PRECES PRO CONGREGATIONE ANTEPRAEPARATORIA
SUPER DUOBUS MIRACULIS QUAE TRIBUUNTUR INTERCESSIONI
NI B. VINCENTII M. STRAMBI EPISCOPI.

ALBERTUS A VIRGINE PERDOLENTE

PRAEPOSITUS GENERALIS
CONGRAGATIONIS SS. CRUCIS ET PASSIONIS D. N. I. C.
OMNIBUS SODALIBUS SALUTEM

Cum die 24 mensis Iunii huius anni 1947 in Aede Cardinalis *Alexandri Verde*, Ponentis, habenda sit Congregatio antepraeparatoria super duobus miraculis, quae tribuuntur intercessioni BEATI VINCENTII MARIAE STRAMBI, *Episcopi*, propositis in ordine ad Canonizationem, pro ea die consuetas preces praescribimus, nempe :

1) Hora IX religiosa Familia templum adeat, atque exposito SS. Sacramento, canantur hymnus *Veni Creator* ac *Litaniae Sanctorum*.

2) Digressa religiosa Familia, continuus tamen coram SS. Eucharistia maneat cultus usque ad meridiem, binis saltem et binis Sodalibus adstantibus.

3) Adveniente meridie, illico adsit iterum religiosa Familia Sacramentum adoratura precibus quibus utimur de more (*Collect. Caerem.* etc., pag. 1), ac demum canatur *Tantum ergo* et impertiat Benedictio Eucharistica.

Datum Romae, ex Recessu SS. Ioannis et Pauli, die 16 Maii 1947.

ALBERTUS A VIRGINE PERDOLENTE.
Praepositus Generalis.

L. ✠ S.

Hyacinthus a SS. Crucifixo,
Secret. Gen.

POSTULATIO GENERALIS

OBLATIONES PRO CAUSIS SERVORUM DEI C. N.

EX RECESSU SS. IOANNIS ET PAULI DE URBE. *Recessus* : Lib. 12.000.

EX PROV. PRAESENTATIONIS B. M. V. *Recessus Praesentationis* (in Monte Argentario) : Lib. 1.000. *Recessus S. Pauli a Cruce* (Tavarnuzze) Lib. 300.

EX PROV. B. M. V. DOLOROSAE. *Recessus S. Mariae de Corniano* (Ceccano) : Lib. 4.050. *Alia oblatio* : Lib. 100.

EX PROV. B. M. V. A PIETATE *Recessus Iesu et Mariae* (Moricone) pro Causa P. Bernardi M. a Iesu : ib. 3.050. *Recessus S. Ioseph* (Pontefelcino) : Lib. 2.000. *Alia oblatio* pro Causa P. Bernardi M. a Iesu : Lib. 665.

EX PROV. S. MICHAELIS ARCHANGELI *Recessus* de Melay et Hardingen : Lib. 1.200.

EX PROV. IMMACULATI CORDIS B. M. V. *Adm. R. P. Ieremias, Praep. Provincialis*, Lib. 2.300. *Recessus S. Francisci Ass. (Brunato)*: Lib. 1.100.

EX PROV. A LATERE CHRISTI. *Recessus SS. Cordis Iesu pro Causa P. Bernardi M. a Iesu*: Lib. 4.200.

EX PROV. S. GABRIELIS A VIRGINE PERDOLENTE. *Recessus S. Antonii Patavini (Courtrai)* Lib. 375. *Recessus SS. Cordis Iesu (Diepenbeek)*: Lib. 475. *Recessus B. M. V. de Septem Doloribus (Wavre Ste. Catherine)*: Lib. 800. *Alia oblatio pro S. Gemma Galgani*: Lib. 850.

EX PROV. PRETIOSISSIMI SANGUINIS, *Omnes Recessus*: Lib. 2.925.

MONASTERIUM RIPANUM (Ripatransone) pro Causa P. Ioannis a Spiritu Sancto: Lib. 1.350.

MONASTERIUM B. M. V. PERDOLENTIS (Pittsburgh) pro Causa P. Bernardi M. a Iesu: Lib. 12.000.

Die 13 Maii 1947.

P. AEGIDIUS IOSEPH A SACRIS CORDIBUS,
Postulator Generalis

SECRETARIATUS GENERALIS MISSIONUM

RATIO OBLATIONUM PRO MISSIONIBUS NOSTRIS AB ANNO 1940
AD ANNUM 1946.

I. — Eleemosynae ex « Missa libera » Sacerdotum Congregationis et stipes a nostris collectae.

Ex Recessu SS. Ioannis et Pauli de Urbe . . .	L. 5.540
» Recessibus Provinciae Praesentationis B. M. V. »	20.750
» » » B. M. V. Dolorosae »	6.610
» » » B. M. V. a Pietate »	21.853
» » » S. Michaëlis Arch. »	2.009
» » » Immaculatae Conceptionis »	3.121
» » » a Latere Christi »	15.413
» » » Pretiosissimi Sanguinis »	8.975
Oblationes variae »	27.914
Summa omnium oblationum »	112.185

II. — Expensae pro Missionibus »	38.115
III. — Pecunia missa ad varias Missiones »	29.693
Remanent in capsula »	44.377

P. MARTINUS A S. FAMILIA
Secretarius Generalis Missionum.

CHRONICA CONGREGATIONIS NOSTRAE

I

ELECTIONES, ORDINATIONES SACRAE, PROFESSIONES

Ex Prov. Praesentationis B. M. V. — Ordinationes sacrae. Die 31 Martii 1946, in sacrosancta Archibasilica Lateranensi (Romae), per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Aloisii Traglia Vicesgerentis, sacrum Presbyteratus Ordinem susceperunt *Patres* : *Laurentius a S. Tharsicio, Ioseph a S. Corde Mariae, Raphaël ab Assumpta et Cornelius a Nomine Mariae.*

Professiones perpetuae. Die 10 Iulii 1946, in Recessu SS. Salvatoris ad Scalas Sanctas (Romae), vota perpetua emisit *Confrater Hermannus a Virgine Perdolente* ; die 9 Septembris 1946, in Recessu S. Angeli (Vinchiana), *Confratres* : *Mauritius a Christo Rege et Germanus a Virgine Perdolente* ; die 8 Decembris 1946, in Recessu SS. Crucifixi (Borgetto), *Pater Generosus a Virgine Perdolente et Frater Michaël a S. Gemma Galgani.*

Ex Prov. B. M. V. Dolorosae. — Ordinationes sacrae. Die 20 Aprilis 1946, in oratorio S. Mariae de Bono Consilio, per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Iosephi De Nicola, Vicarii Generalis Archid. Neapolitanae, sacrum Presbyteratus Ordinem susceperunt *Patres* : *Felix a Iesu et Maria, Pacificus a Pretiosissimo Sanguine et Eduardus a Virgine Pompeiana* ; die 21 Decembris 1946, in basilica S. Restitutae (Neapoli), per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Alfonsi Ferrandina, Auxiliaris Em.mi Card. Arch. Neapolitani, *P. Armandus a SS. Sacramento.*

Professiones perpetuae. Die 6 Decembris 1944, in Recessu S. Sosii M. (Falvaterra), vota perpetua emisit *Confrater Aemilius*

a *Virgine Pompeiana* ; die 26 Decembris 1944, in eodem Recessu, *Confrater Alfredus a Iesu et Maria* ; die 12 Ianuarii 1945, in eodem Recessu, *Confrater Valentinus ab Immaculata* ; die 6 Ianuarii 1946, in Recessu S. Gabrielis Arch. (Airola), *Confratres : Angelus a Virgine Perdolente et Cornelius a Iesu et Maria* ; die 9 Novembris 1946, in Recessu S. Mariae Pulianensis (Paliano), *Confrater Conradus a SS. Sacramento*.

Ex Prov. B. M. V. a Pietate. — *Professio perpetua*. Die 16 Ianuarii 1946, in Recessu S. Mariae de Quercu (Morrovalle), vota perpetua emisit *Frater Innocentius a Virgine Perdolente*.

Ex Prov. S. Ioseph. — *Electio extracapitularis*. Cum vacasset munus secundi Consultoris ob electionem Adm. R. P. Alfredi a SS. Sacramento, primi Consultoris, in Procuratorem Generalem Congregationis (die 30 Septembris 1946), ad munus secundi Consultoris, die 10 Octobris 1946, electus est *Adm. R. P. Arthurus a Septem Doloribus*.

Alia electio extracapitularis. Cum vacasset munus Rectoris in Recessu S. Mariae (Carmarthen) ob electionem Adm. R. P. Arthuri a Septem Doloribus in secundum Consultorem, Curia Provincialis, die 18 Octobris 1946, ad idem munus elegit *Adm. R. P. Canisium a Matre Dolorosa*, quam electionem Rev. mus P. Praepositus Generalis, die 1 Novembris 1946, ratam habuit et confirmavit.

Sacra Ordinatio. Die 10 Maii 1943... sacrum Presbyteratus Ordinem suscepit *P. Aquinas a SS. Corde Iesu*.

Professiones perpetuae. Die 28 Martii 1946, in Recessu S. Pauli a Cruce (Ilkley), vota perpetua emisit *Frater Augustinus a Matre Dolorosa* ; die 2 Aprilis 1946, in eodem Recessu, *Confrater Stephanus a Matre Dei* ; die 23 Novembris 1946, in eodem Recessu, *Confrater Richardus a Matre Dolorosa*.

Professiones temporariae. Die 27 Februarii 1940, in Recessu SS. Salvatoris (Broadway), vota temporaria emisit *Frater Paschalis a SS. Sacramento* ; die 30 Octobris 1941, *Confrater Marcus a S. Corde Mariae* ; die 28 Octobris 1942, *Confratres : Columba a Virgine Perdolente et Paulus Cyrillus a S. Gemma Galgani*.

Ex Prov. SS. Cordis Iesu. — *Ordinationes sacrae*. Die 17 Martii 1945, in sacello Seminarii Victoriensis, per manus Ill. mi ac Rev. mi D. Carmeli Ballester y Nieto, Episcopi Victoriensis, sa-

crum Presbyteratus Ordinem susceperunt *Patres* : *Carolus ab Immaculata* et *Hieronymus a S. Ioseph* ; die 29 Iunii 1945, in sacello episcopali, per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Raphaëlis Balanzá y Navarro, Episcopi Lucensis, *P. Felicianus a SS. Sacramento* ; die 1 Iulii 1945, in sacello Seminarii Victoriensis, per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Antonii García y García, Archiep. Vallisoletani, *P. Thomas a B. M. V. del Puy* ; die 16 Martii 1946, in sacello privato Palatii Episcopalis, per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Iosephi Eguino Trecu, Episcopi Santanderiensis, *Patres* : *Bernardus ab Immaculata*, *Iulius ab Immaculata*, *Alfredus ab Immaculata*, *Cosmas a Virgine Perdolente* et *Iesus a Corde Mariae* ; die 18 Novembris 1946,... per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Iosephi Eguino Trecu, Episcopi Santanderiensis, *P. Paulus a B. M. V. de Angosto* ; die 1 Decembris 1946, in ecclesia Cathedrali, per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Athanasii Caelestini Jáuregui y Goiri, Vicarii Apostolici S. Gabrielis a Virgine Perdolente de Marañón (in Peruvia), *P. Modestus a SS. Corde Iesu* ; die 5 Decembris 1946, in sacello Palatii Episcopalis, per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Carmeli Bal-lester y Nieto, Episcopi Victoriensis, *P. Iosephus a N. D. de Be-goña*.

Professiones perpetuae. Die 21 Iunii 1942, in Recessu Calvarii (Mondoñedo), vota perpetua emisit *Frater Angelus a B. M. V. de Iziar* ; die 25 Septembris 1942, in Recessu Passionis (Bilbao-Deusto), *Confratres* : *Angelus a Passione*, *Eugenius a B. M. V. de Uxue*, *Isidorus a SS. Corde Iesu* et *Gabinus a Corde Mariae* ; die 24 Augusti 1943, in Recessu B. M. V. de Monte Carmelo (Gibiria), *Frater Sabinus a S. Ioseph* ; die 28 Iunii 1944, in Recessu Passionis (Bilbao-Deusto), *Confrater Iesus a Corde Mariae* ; die 18 Augusti 1944, in Recessu Calvarii (Mondoñedo), *Frater Emmanuel a Quinque Vulneribus* ; die 29 Septembris 1944, in Recessu Passionis (Bilbao-Deusto), *Confratres* : *Carolus ab Immaculata*, *Hieronymus a S. Ioseph* et *Thomas a B. M. V. del Puy* ; die 24 Martii 1945, in Recessu B. M. V. de Angosto (Villanañe), *Frater Gabriel a Virgine Perdolente* ; die 17 Maii 1945, in Recessu B. M. V. de Lourdes (Villareal), *Frater Aloisius a Corde Mariae* ; die 11 Octobris 1945, in Recessu B. M. V. de Angosto (Villanañe), *Confrater Iulius ab Immaculata* ; die 18 Octobris 1945, in Recessu Passionis (Bilbao-Deusto), *Confratres* : *Bernardus ab Immaculata*, *Modestus a Latere Iesu*, *Paulus a B. M. V. de Angosto* et *Cosmas a Virgine Perdolente* ; die 21 Decembris 1945, in Reces-

su B. M. V. de Angosto (Villanañe), *Confrater Alfredus ab Immaculata*; die 16 Maii 1946, in Recessu Passionis (Bilbao-Deusto), *Confrater Iosephus a B. M. V. de Begoña*; die 30 Augusti 1946, in eodem Recessu, *Confratres: Ildefonsus a S. Corde Mariae, Augustinus ab Immaculata, Linus a Quinque Vulneribus et Victorianus ab Immaculata*.

Ex Prov. Immaculati Cordis B. M. V. — *Electio extracapitularis*. Cum vacasset munus Rectoris in Recessu B. M. V. Angelorum (Basella) ob electionem Adm. R. P. Fidelis a Iesu et Maria in Rectorem Recessus SS. Ioannis et Pauli de Urbe, Curia Provincialis, die 31 Decembris 1946, ad idem munus elegit *Adm. R. P. Angelum a Iesu et Maria*, quam electionem Rev. mus P. Praepositus Generalis, die 6 Ianuarii 1947, ratam habuit et confirmavit.

Alia electio extracapitularis. Cum vacasset munus Rectoris in Recessu B. M. V. de Saxo (Caravate) ob electionem Adm. R. P. Angeli a Iesu et Maria in Rectorem Recessus B. M. V. Angelorum (Basella), Curia Provincialis, die 31 Decembris 1946, ad idem munus elegit *Adm. R. P. Valerium a N. D. Boni Consilii*, quam electionem Rev. mus P. Praepositus Generalis, die 6 Ianuarii, ratam habuit et confirmavit.

Ordinatio sacra. Die 28 Aprilis 1946, in ecclesia S. Mariae de Saxo (Caravate), per manus Ill. mi ac Rev. mi D. Alexandri Macchi, Episcopi Comensis, sacrum Presbyteratus Ordinem suscepit *P. Claudius a S. Teresia ab Infante Iesu*.

Professiones perpetuae. Die 8 Septembris 1946, in Recessu S. Gabrielis a Virgine Perdolente (S. Zenone degli Ezzelini), vota perpetua emiserunt *Confratres: Thomas a S. Paulo a Cruce et Gustavus a Iesu et Maria*; die 29 Novembris 1946, in eodem Recessu, *Confrater Erminius a B. M. V. Angelorum*.

Ex Prov. Immaculatae Conceptionis. — *Electio extracapitularis*. Cum vacasset munus secundi Consultoris ob electionem Adm. R. P. Alberti a Virgine Perdolente, Praepositi Provincialis, in Praepositum Generalem Congregationis (die 29 Septembris 1946), ad idem munus, die 10 Octobris 1947, electus est *Adm. R. P. Ambrosius ab Immaculata Conceptione*.

Professio perpetua. Die 27 Augusti 1946, in Recessu SS. Rosarii (Jesús Maria), vota perpetua emisit *Confrater Ioachim a Virgine Perdolente*.

Ex Prov. S. Familiae. *Electio extracapitularis.* Cum vacasset munus secundi Consultoris ob mortem Adm. R. P. Vincentii Mariae a S. Paulo a Cruce (die 12 Septembris 1943), ad idem munus, die 29 Martii 1944, electus est Adm. R. P. *Fulgentius a S. Teresia.*

Alia electio extracapitularis. Cum vacasset munus secundi Consultoris ob electionem Adm. R. P. Ioannis Mariae a S. Familia, primi Consultoris, in tertium Consultorem Generalem (die 30 Septembris 1946), ad idem munus, die 14 Octobris 1946, electus est Adm. R. P. *Innocentius a Patrocinio S. Ioseph.*

Ex Prov. SS. Crucis. — *Electio extracapitularis.* Cum vacasset munus secundi Consultoris ob electionem Adm. R. P. Malcolmi a Maria, primi Consultoris, in primum Consultorem Generalem (die 30 Septembris 1946), ad idem munus, die 9 Octobris 1946, electus est Adm. R. P. *Iacobus Patritius a Passione.*

Ordinationes sacrae. Die 30 Maii 1942, in ecclesia Assumptionis B. M. V., per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Ioannis Floersh, Archiepiscopi Ludovicopolitani, sacrum Presbyteratus Ordinem susceperunt *Patres* : *Gulielmus a SS. Corde Iesu, Cyprianus a SS. Sacramento, Faustinus a SS. Sacramento, Edmundus a SS. Corde Iesu, Romanus ab Immaculata, Germanus a Crucifixo, Gregorius a Purissimo Corde Mariae et Haroldus a S. Teresia ab Infante Iesu* ; die 10 Augusti 1942, in ecclesia S. Agnetis (Louisville), per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Ioannis Floersh, Archiep. Ludovicopolitani, *Patres* : *Canutius a Iesu Infante, Iacobus a Matre Dei, Gualterius a Iesu Infante, Caietanus a Septem Doloribus et Lucianus a SS. Nomine Iesu* ; die 26 Aprilis 1944, in ecclesia Metropolitana (Louisville), per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Ioannis Floersh, Archiep. Ludovicopolitani, *Patres* : *Guglielmus Ioseph a Matre Dolorosa, Fridericus a SS. Corde Iesu, Leo Patritius a Cruce, Carolus a SS. Corde Iesu, Aemilius a SS. Corde Iesu, Cronanus a S. Augustino et Rogerius a S. Teresia a Iesu Infante* ; die 30 Iunii 1945, in ecclesia S. Agnetis (Louisville), per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Gulielmi T. Mulloy, Episcopi Covingtonensis, *Patres* : *Rochus a Cruce, Ioannes a Virgine de Perpetuo Succursu et Paulus a Praesentatione B. M. V.* ; die 15 Iunii 1946, in ecclesia Metropolitana (Louisville), per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Ioannis Floersh, Archiep. Ludovicopolitani, *Patres* : *Godefridus a SS. Cordibus Iesu et Mariae, Noël a Matre Salvatoris, Leonardus a Spiritu Sancto et Stephanus Maria a Spiritu Sancto.*

Professiones perpetuae. Die 27 Februarii 1940, in Recessu SS. Cordis Iesu (Louisville), vota perpetua emisit *Frater Leonardus a Septem Doloribus*; die 28 Aprilis 1941, in Recessu Matris Dolorosae (Sierra Madre), *Frater David a Septem Doloribus*; die 17 Iulii 1941, in Recessu S. Pauli a Cruce (Detroit), *Confratres: Gulielmus a Matre Dolorosa, Fridericus a SS. Corde Iesu, Leo Patritius a Cruce, Carolus a SS. Corde Iesu, Aemilius a SS. Corde Iesu, Cronanus a S. Augustino et Rogerius a S. Teresia ab Infante Iesu*; die 30 Augusti 1941, in Recessu S. Francisci de Hieronymo (St. Paul), *Frater Regis a Matre Dolorosa*; die 2 Februarii 1942, in Recessu Immaculatae Conceptionis (Chicago), *Frater Patritius a Maria Regina Sacratissimi Rosarii*; die 10 Iulii 1942, in Recessu S. Pauli a Cruce (Detroit), *Confratres: Ioannes a N. D. Perpetui Succursus, Rochus a Cruce et Paulus a Praesentatione B. M. V.*; die 15 Septembris 1942, in Recessu S. Francisci de Hieronymo (St. Paul), *Frater Benedictus a Iesu*; die 15 Iulii 1943, in Recessu S. Pauli a Cruce (Detroit), *Confratres: Godefridus a SS. Cordibus Iesu et Mariae, Ioël a Matre Salvatoris et Leonardus a Spiritu Sancto atque Frater Philippus a Cruce*; die 16 Iulii 1944, in eodem Recessu, *Confratres: Campion a Matre Iesu, Ioannes Baptista a SS. Cordibus Iesu et Mariae, Natalis a Iesu et Maria, Ioannes Forrest a Iesu et Maria, Canicius a Maria, Raymundus ab Immaculata Conceptione, Fergus a Parvo Flore Iesu*; die 11 Augusti 1945, in Recessu Immaculatae Conceptionis (Chicago), *Confrater Alvinus a N. D. Victoriae*; die 31 Augusti 1945, in Recessu SS. Cordis Iesu (Louisville), *Confrater Stephanus Maria a Spiritu Sancto*; die 9 Iulii 1946, in Recessu S. Pauli a Cruce (Detroit), *Confratres: Carolus a Matre Boni Consilii, Randalphus a Maria, Firmianus a SS. Sacramento et Clyde a Maria*; die 1 Augusti 1946, in Recessu Immaculatae Conceptionis (Chicago), *Confratres: Laurentius a Matre Dolorosa et Simon a Cruce.*

Professiones temporariae. Die 16 Iulii 1941, in Recessu S. Francisci de Hieronymo (St. Paul), vota temporaria emisierunt *Confratres: Campion a Matre Iesu, Antonius a Matre Dei, Ioannes Baptista a SS. Cordibus Iesu et Mariae, Natalis a Iesu et Maria, Forrest a Iesu et Maria, Raymundus ab Immaculata Conceptione, Keith a Maria et Fergus a Parvo Flore Iesu*; die 17 Iulii 1942, *Confratres: Iordanus a Matre Dolorosa, Flavianus a SS. Trinitate, Renatus ab Immaculata Conceptione, Ericus a SS. Trinitate, Warren a S. Gemma Galgani et Columbanus a SS. Corde Iesu*;

die 11 Augusti 1942, *Confrater Alvinus a N. D. Victoriae*; die 31 Augusti 1942, *Confrater Placidus Maria a Spiritu Sancto*; die 9 Iulii 1943, *Confratres: Carolus a Matre Boni Consilii, Randalphus a Maria, Firmianus a SS. Sacramento et Clyde a Maria*; die 1 Augusti 1943, *Confratres Loranus a Matre Dolorosa et Simon a Cruce*; die 18 Octobris 1943, *P. Declanus a Matre Boni Consilii*; die 9 Iulii 1944, *Confratres: Melvinus a Maria, Benedictus Ioseph a Matre Dolorosa, Bernardinus a Iesu et Maria, Ward a Matre Dolorosa, Kenanus a S. Ioseph, Kentigernus a Matre Boni Consilii et Hemeterius a Maria Immaculata atque Frater Ioseph a SS. Cordibus Iesu et Mariae*; die 9 Iulii 1945, *Confratres: Venardus a S. Familia, Gaspar a Pretiosissimo Sanguine, Connor a Maria, Benedictus Iosephus a Iesu Crucifixo, Glennon a Christo Crucifixo, Claverius a Maria et Ioseph, Aegidius a Corde Iesu Eucharistico, Lucas a Regina SS. Cordis Iesu, Bruno a Cruce et Clemens a Virgine Purissima*; die 11 Februarii 1945, *Frater Nicolaus a Matre Dolorosa*.

Ex Prov. S. Gabrielis a Virgine Perdolente. — *Electio extracapitularis.* Cum vacasset munus secundi Consultoris ob renuntiationem proprii muneris, valetudinis causa, factam ab Adm. R. P. Praeposito Sebastiano ab Immaculata Conceptione et a S. Sede acceptatam, ad idem munus, die 18 Martii 1947, electus est *Adm. R. P. Ludovicus ab Immaculata Conceptione*.

Professiones perpetuae. Die 8 Septembris 1946, in Recessu S. Antonii Patavini (Courtrai), vota perpetua emisere *Confratres: Aegidius a Matre S. Spei, Ericus a S. Corde Mariae, Vedastus a Iesu Agonizante, Modestus ab Agno Dei, Alexius a Christo Rege, Ivo a S. Gemma Galgani, Trudo a Regina Pacis et Reginaldus a Virgine Perdolente*; die 9 Septembris; 1946, *Confratres: Fridericus a Matre Dolorosa et Cornelius a S. Gabriele*.

Ex Prov. Pretiosissimi Sanguinis. — *Capitulum Provinciale.* Habitum est a die 6 ad diem 12 Aprilis 1945 in Recessu SS. Ioannis et Pauli (Peñafiel) eique praefuit, ex delegatione, Adm. R. P. Florentinus a Virgine Perdolente, Praepositus Provinciae S. Familiae. Electi autem fuerunt:
in Praepositum Provinciae: *Adm. R. P. Hyacinthus a S. Paulo a Cruce*;
in primum Consultorem: *Adm. R. P. Ubalduus a Nomine Mariae*;

in secundum Consultorem : *Adm. R. P. Faustus a S. Ioseph* ;
in Rectorem Recessus SS. Ioannis et Pauli (Peñafiel) : *Adm.*
 R. P. Eduardus a Spiritu Sancto ;
» » » *S. Ioseph (Peñaranda) : Adm. R. P.*
 Caelestinus a Verbo Divino ;
» » » *S. Ioseph (Viña del Mar) : Adm. R. P.*
 Modestus a S. Paulo ;
» » » *Virginis Perdolentis (Nuñoa) : Adm.*
 R. P. Elias a Virgine Perdolente ;
» » » *S. Michaëlis Arch. (Santander) : Adm.*
 R. P. Constantinus a S. Thoma ;
» » » *S. Pauli a Cruce (Mieres) : Adm. R.*
 P. Benedictus a S. Ioseph ;
» » » *Matris S. Spei (Los Andes) : Adm.*
 R. P. Ignatius a S. Ioanne Evangelista ;
» » » *B. M. V. de Fátima (Barroselas) :*
 Adm. R. P. Aurelius ab Immaculata ;
in Magistrum Novitiorum : *Adm. R. P. Angelus a Quinque Vul-*
 neribus.

Ex Prov. Matris S. Spei — *Ordinationes sacrae.* Die 14 Maii 1944, in ecclesia Matris Dolorosae (Mook), per manus Ill.mi ac Rev.mi D. Gulielmi Lemmens, Episcopi Ruremondensis, sacrum Presbyteratus Ordinem susceperunt *Patres : Leo a N. D. de Perpetuo Succursu, Paulinus a Virgine Perdolente et Basilius a SS. Sacramento* ; die 1 Iulii 1945, in eadem ecclesia, per manus eiusdem Exc.mi Episcopi, *Patres : Bonaventura a SS. Sacramento, Carolus a Matre S. Spei, Richardus a Virgine Perdolente, Laurentius a S. Anna et Borromaeus a Quinque Vulneribus* ; die 5 Maii 1946, ... *Patres : Bavo Maria ab Amore Crucifixo, Eduardus Maria a S. Ioseph, Germanus Maria a S. Gemma Galgani et Servatius Maria a Christo Rege.*

Professiones perpetuae. Die 22 Martii 1946, in Recessu Matris S. Spei (Echt), vota perpetua emisit *Frater Iacobus a SS. Sacramento* ; die 10 Septembris 1946, in Recessu Matris Dolorosae (Mook), *Confrater Iustinus a SS. Sacramento* ; die 10 Septembris 1946, in Recessu Matris S. Spei (Echt), *Frater Cletus a S. Ioseph.*

Ex Prov. Calvarii. — *Capitulum Provinciale.* Habitum est a die 18 ad diem 26 Martii 1947 in Recessu Calvarii (São Pau-

- lo) eique praefuit Rev.mus P. Praepositus Generalis Albertus a Virgine Perdolente. Electi autem fuerunt :
in Praepositum Provinciae : *Adm. R. P. Bernardus Maria a Iesu* ;
in primum Consultorem : *Adm. R. P. Antonius a N. D. de Lourdes* ;
in secundum Consultorem : *Adm. R. P. Faustinus a N. D. SS. Cordis Iesu* ;
in Rectorem Recessus Boni Iesu (Curitiba) : *Adm. R. P. Geraldus ab Immaculata Conceptione* ;
» » » Calvarii (São Paulo) : *Adm. R. P. Eugenius a N. D. SS. Rosarii* ;
» » » SS. Cordis Iesu (São Carlos) : *Adm. R. P. Athanasius a Virgine Perdolente* ;
in Magistrum Novitiorum : *Adm. R. P. Candidus a Quinque Vulneribus*.

Professiones perpetuae. Die 1 Decembris 1940, in Recessu Calvarii (São Paulo), vota perpetua emisere *Confratres* : *Damasus a N. D. SS. Rosarii* et *Irenaeus a Virgine Perdolente* ; die 26 Iunii 1941, in Recessu Boni Iesu (Curitiba), *Frater Vitalis a S. Michaële Archangelo* ; die 22 Aprilis 1942, in Recessu Calvarii (São Paulo), *Confrater Galilaeus a Matre Dei* et *Frater Iosephus Maria a Iesu* ; die 16 Iulii 1942, in Recessu Boni Iesu (Curitiba), *Confrater Ioachim a Nomine Mariae* ; die 22 Octobris 1942, in eodem Recessu, *Frater Aloisius ab Infante Iesu* ; die 16 Octobris 1944, in eodem Recessu, *Confratres* : *Alfonsus a N. D. Dolorum*, *Marianus a Iesu* et *Idelfonsus a Nostra Domina* ; die 28 Septembris 1945, in eodem Recessu, *Confrater Tharsicius Maria a SS. Sacramento* ; die 21 Octobris 1945, in eodem Recessu, *Confratres* : *Franciscus ab Immaculata*, *Placidus Maria a Iesu* et *Laurentius a N. D. Carmeli* ; die 29 octobris 1946, in Recessu Calvarii (São Paulo), *Confrater Romualdus a N. D. de Lourdes* ; die 4 Decembris 1946, in eodem Recessu, *Confrater Germanus a N. D. SS. Rosarii*.

Ex Prov. S. Patritii. — *Professiones perpetuae.* Die 8 Decembris 1946, in Recessu S. Ioseph (Collooney), vota perpetua emisere *Confratres* : *Richardus a Matre Dolorosa* et *Gregorius a Matre Dolorosa* ; die 16 Iulii 1946, in Recessu S. Pauli a Cruce (Dublin), *Fratres* : *Dominicus a SS. Cordibus Iesu* et *Mariae* et *Antonius a B. M. V. de Monte Carmelo*.

II

VARIA NOTATU DIGNIORA

SOLEMNIS TRIDUANA SUPPLICATIO IN HONOREM B. MARIAE GORETTI, VIRGINIS ET MARTYRIS, IN BASILICA SS. IOANNIS ET PAULI DE URBE.

Post Beatificationis solemnia in Vaticana basilica S. Petri, peracta die 27 Aprilis vertentis anni, a die 2 ad diem 4 Maii solemnitas triduana supplicatio in honorem B. Mariae Goretti, Virginis et Martyris, habita est in nostra basilica SS. Ioannis et Pauli de Urbe.

Durante triduo Missas Communionis generalis celebrant, hora 8, Rev. mus P. Albertus a Virgine Perdolente, Praepositus Generalis Congregationis nostrae (die 2 Maii), Exc. mus D. Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuciensis in Isauria (die 3 Maii) atque Exc. mus D. Athanasius Caelestinus Jáuregui y Goiri, Episcopus tit. Mossinensis, Vicarius Apostolicus S. Gabrielis a Virgine Perdolente de Marañón (die 4 Maii); sacra pontificalia peregerunt, hora 10, Exc. mi DD. Aloisius Traglia, Arch. tit. Caesariensis in Palaestina, Urbis Vicesgerens (die 2), Stanislaus Amilcar Battistelli, Episcopus Soanensis-Pitilianensis, C. P. (die 3), atque Ioannes Baptista Peruzzo, Episcopus Agrigentinus, C. P. (die 4); vespere vero, post recitationem SS. Rosarii et orationem panegyricam (quae hora 18 locum habuerunt), Eucharisticam Benedictionem impertiti sunt Em. mi DD. Cardinales Clemens Micara, Episcopus Veliternus (die 2), Benedictus Aloisi Masella (die 3) et Carolus Salotti, Episcopus Praenestinus (die 4). Panegyricas orationes dixerunt, die 2 Exc. mus Peruzzo, die 3 Rev. mus D. Salvator Indelicato (e S. R. C.) ac die 4 Exc. mus Battistelli.

Solemnitas supplicationis diebus, et iam antea a die 27 Aprilis, sicut et postea usque ad diem 15 Maii, frequentissimus populus a mane usque ad vesperam sine intermissione basilicam SS. Ioannis et Pauli, splendide ornatam, invisit, ut orando sisteret ante pretiosam urnam, sacras exuvias B. Mariae Goretti continentem. Plurimi fideles ad sacram exomologesim et Synaxim accesserunt, multique ex clero tum saeculari tum

regulari (durante triduana supplicatione circa 400) Sacrum litarunt, etiam ritibus orientalibus, in basilica nostra.

Die Ascensioni Dominicae sacra, 15 Maii, venerabile corpus novensilis Beatae (quod durante bello, ut illaesum servaretur, ex Neptuno ad Recessum SS. Ioannis et Pauli latum fuerat) solemni pompa per vias Urbis transiens, plaudente conferta populi multitudine, Albanum vectum est ; inde post triduum Tusculum, Velitras, tandemque Neptunum, ubique summo populorum gaudio ac devotione exceptum.

Nunc iterum quiescit in Pontificio Sanctuario S. Mariae Gratiarum apud Recessum nostrum Neptunensem, publicae venerationi expositum in sacello SS. Crucifixi, sub altari marmoreo affabre confecto.

Liceat hic addere vere extraordinariam dici posse venerationem, quae in populo christiano excitata est erga B. Mariam Goretti. In basilica Vaticana, die solemnis beatificationis, tanta fuit multitudo, ut in templo capi non posset, ac necessarium fuerit, vespere, ianuas templi claudere una hora ante adventum Summi Pontificis. Nostra autem basilica Caelimontana numquam tantam vidit multitudinem, sicut diebus quibus urna cum exuviis beatae Virginis Martyris exposita mansit : ad tercenta fere millia computari possunt qui templum visitarunt. Per vias demum Urbis, in sacrae urnae translatione, et per omnes pagos, quos illa transiit vel in quibus constitit, innumeri fideles puellam martyrem salutarunt ac devotissime venerati sunt.

Quis dicat quot animae ad Deum per sinceram conversionem redierint vel ad maiorem virtutem colendam excitatae sint, exemplo huius Virginis, quae vix duodennis heroicam mortem oppetiit ad castitatem sevandam ac peccatum fugiendum ? Nec desunt temporalia beneficia obtenta, iamque plura miracula narrantur a Deo patrata, ea intercedente ; ita ut merito proxima expectari possit solemnis beatae Virginis canonizatio.

Quae omnia clare ostendunt quam grata Deo exstiterit lectissima haec Virgo et quam opportune eius exemplum hodiernae societati, praesertim iuventuti, proponatur.

Aderant, tum solemni beatificationi tum triduanae supplicationi in nostra basilica, mater ipsius Martyris, Assumpta Goretti, frater Marianus, necnon sorores Ersilia et Teresia, quae

ultima pertinet ad Congregationem Sororum Missionalium Franciscalium a Maria, nomine Sororis Mariae a S. Alfredo.

IN URBE BONAERENSI (BUENOS AIRES, IN REP. ARGENTINA) SACELLUM IN HONOREM S. GEMMAE GALGANI SOLEMNI BENEDICTIONE DONATUR.

Die 12 Ianuarii 1947, hora 10, Exc.mus D. Caesar Cáneva, Episcopus Azulensis, assistentibus Rev. D. Aloisio Actis, parrocho loci Tandil, et Rev.mo P. Alberto a Virgine Perdolente, Praeposito Generali Congregationis nostrae, primum sacellum in honorem S. Gemmae Galgani in Republica Argentina erectum solemniter benedixit.

Nova et artistica aedicula S. Gemmae dicata exstat in publico *Calvario* de Tandil, in urbe Bonaërensi, atque pietati et magnificentiae debetur dominae Helenae Santamarina de Saguier, quae hoc monumento memoriam defuncti coniugis Eduardi Saguier ad posteros transmittere voluit (Cf. ephem. « Santa Cruz », 26 de Enero de 1947, pp. 3-4).

DE STATU PRAESENTI MISSIONIS BULGARIAE SEPTEMTRIONALIS.

Iuxta recentem statisticam ex Missione Bulgariae Septemtrionalis acceptam, exstant nunc ibi 17 paroeciae 20 ecclesiis ditatae, in quibus 23 sacerdotes adlaborant (1 presbyter saecularis, 2 religiosi ab Assumptione, 20 e Congregatione nostra). Existis 11 sunt Bulgari, 8 Batavi, 3 Itali, 1 Belga. In 7 locis inveniuntur Sorores, quae Rusciukini et Varnae puellis instituendis dant operam, dum in aliis quinque locis (Sistow, Belentzi, Orech, Dragomirovo et Beleni) adiuvant in labore paroeciali.

Fideles variarum paroeciarum ita distribuuntur: Roustchouk, 450; Varna, 450; Tirnovo 30; Sistow, 52; Tsarevbrod, 62; Belentzi, 80; Bardaski-Geran, 2.612; Gostilia, 1.104; Brégare, 120; Assenovo, 850; Tranjevitza, 2.563; Lageni, 2.063; Orech, 3.411; Dragomirovo, 835 et 626; Beleni, 2.002 et 2.524.

Varnae, Bardaskii-Gherani et Trangevitzae duae ecclesiae habentur; Dragomirovi et Beleni duae paroeciae.

DE MISSIONE SINENSI DURANTE BELLO.

Iuxta relationem a R. P. Raphaële Vance, C. P., religioso Superiore nostrae Missionis Sinensis exaratam, durante postre-

ma bellica conflagratione Missio de Hunan Septemtrionali damna quae sequuntur passa est :

1. — Missiones damno affectae : Yüanling, Chihkiang, Chenki, Hankow, Peiping.

2. — Missionarii qui reparabile detrimentum valetudinis retulerunt : Exc.mus D. Cuthbertus O' Gara ; RR. PP. Arthurus Benson, Aloisius O' Malley, Linus Mc Sheffrey, Venardus Johnston, Gulielmus Whalen et Leonardus Amrhein (omnes e Congregatione nostra) ; tres Sorores Congregationis a S. Ioseph et duae Sorores e Congregatione a Caritate.

3. — Ecclesiae aliave loca destructa vel damno affecta : in Yüanling domus Sororum a Caritate et duae scholae pro puellis aëriis incursionibus destructae sunt ; in Chikiang domus tum Missionariorum tum Sororum a S. Ioseph sunt pariter destructae aëriis incursionibus ; in Chenki domus Missionariorum et alia Missionis aedificia tam graviter laesa sunt, ut ea iterum construere oporteat ; in Hankow Procuratoris domus, propter Iaponensium occupationem, reparatione indiget ; in Peiping domus studiorum est pariter reficienda.

4. — Damna pecunia aestimata : *dollaria* ad 200-250.000, praeter *dollaria* 11.000 pro cibariis variisque expensis in favorem sex Missionariorum, qui a militibus Iaponiis capti fuerant in China Septemtrionali, et *dollaria* 3.000 pro egestione (evacuazione) Missionariorum et Sororum ex Hunan.

BENEFACTORES COOPTATI

In Albo Benefactorum Congregationis nostrae, patentibus litteris Rev.mi P. Praepositi Generalis, recensiti sunt :

Die 15 Septembris 1946, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praeposito Provinciae Pretiosissimi Sanguinis, dominus ANTONIUS VALERIO DE CARVALHO, loci Baía, dioecesis Sancti Salvatoris in Brasilia.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus ARMANDUS ALMENDRA, loci *Rio de Janeiro*, dioecesis S. Sebastiani Fluminis Ianuarii.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus GEORGIUS FARIA TORRES, eiusdem loci et dioecesis.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, domina MARIA B. D'ORIOLO PENA, civitatis et dioecesis Lisbonensis.

Die 16 Septembris 1946, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praeposito Provinciae a Latere Christi, REV. D. IOSEPHUS CALIGIURI eiusque soror MICHAËLA, loci *Soveria Mannelli*, dioecesis Consentinae.

Die 9 Septembris 1946, ex voto Capituli Generalis XXXV, REV. MUS ABBAS D. MATTHAEUS QUATEMBER, S. O. C.

Die 11 Octobris 1946, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praeposito Provinciae Matris S. Spei, REV. D. HENRICUS A. J. SMALS, parochus loci *Wehl*, dioecesis Ruremondensis.

Eadem die, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Superiore Praefecturae Apostolicae Dodomensis (in Tanganyika), EXC. MUS DOM. IOSEPHUS BYRNE, C. S. SP., Episcopus tit. Vasadensis, ADM. RR. PP. STANISLAUS TESSIER, C. S. SP., et FRANCISCUS ALBRECHT, C. S. SP. atque REV. FRATER IMBERT, C. S. SP., ex Vicariatu Apostolico de Kilima-Njaro.

Die 1 Novembris 1946, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praeposito Provinciae SS. Crucis, dominus C. D. RODMAN, civitatis et dioecesis Ludovicopolitanae.

Eadem die, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praeposito Provinciae S. Patritii, defunctus EXC. MUS DOM. PATRITIUS MARRISROE, Episcopus Achadensis.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, defunctus REV. DUS DOM. IACOBUS I. O'CONNOR, Decanus Achadensis.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus IACOBUS MC LYSAGHT, civitatis et dioecesis Achadensis.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus IACOBUS MC VEY eiusque familia, loci *Foxcock*, dioecesis Dublinensis.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus DANIEL LAVERY, loci *Alverno*, dioecesis Dunensis.

Eadem die, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praeposito Provinciae Calvarii, dominus ARMANDUS DINIZ JUNQUEIRA eiusque familia, civitatis et dioecesis S. Pauli in Brasilia.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, SO-RORES MISSIONALES ZELATRICES SS. CORDIS IESU, in nosocomio

N. rae D. nae vulgo *Aparecida* civitatis et dioecesis S. Pauli in Brasilia.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus EMMANUEL DA GAMA GONZALVES eiusque familia, civitatis et dioecesis Curitybensis.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus IOSEPHUS MACEDO DE SOUZA eiusque familia, civitatis et dioecesis Curitybensis.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus RAPHAËL KLIER ASSUNÇÃO eiusque familia, civitatis et dioecesis Curitybensis.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus IULIUS PEREIRA eiusque familia, civitatis et dioecesis Curitybensis.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus LADY SOUZA eiusque familia, civitatis et dioecesis Curitybensis.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus LICINIUS RIBEIRO DIAZ eiusque familia, civitatis et dioecesis Fluminis Ianuarii.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus ANTONIUS IOSEPHUS COELHO DOS REIS eiusque familia, civitatis et dioecesis Fluminis Ianuarii.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus DAVID MARTINS eiusque familia, civitatis et dioecesis S. Pauli in Brasilia.

Die 6 Decembris 1946, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praeposito Provinciae B. M. V. a Pietate, dominus SILVIUS GUELPA eiusque familia, loci *Pontefelcino*, dioecesis Perusinae.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus FERNANDUS MOROTTI eiusque coniux MARGARITA, loci *Pontefelcino*, dioecesis Perusinae.

Eadem die, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praeposito B. M. V. Dolorosae, dominus BALDASSAR PANFILI eiusque familia, loci *Villa S. Stefano*, dioecesis Ferentinae.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus NICOLAUS DE MEDICI eiusque coniux LUCIA et filii AUGUSTUS et RITA, loci *Vico nel Lazio*, dioecesis Alatrinae.

Die 25 Decembris 1946, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus MARIUS ARRIGHI eiusque coniux et filii, loci *Cave*, dioecesis Praenestinae.

Die 26 Decembris 1946, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus DIONYSIUS FIANCO eiusque coniux, loci *Serrone*, dioecesis Praenestinae.

Die 2 Februarii 1947, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praeposito B. M. V. a Pietate, dominus EUTYCHIUS RAMBI eiusque familia, loci *Casarampi*, dioecesis Spoletinae.

Eadem die, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus HERMETES SANTONI eiusque familia, loci *Pantalla*, dioecesis Tudertinae.

Die 4 Februarii 1947, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praeposito Provinciae B. M. V. Dolorosae, dominus OLINDUS DI MURRO eiusque familia, loci *Colle S. Magno*, dioecesis Aquinatensis.

Die 20 Februarii 1947, precibus exhibitis ab eodem Praeposito, dominus FRANCISCUS SALVATORI eiusque familia, loci *Trevi nel Lazio*, dioecesis Praenestinae.

BIBLIOGRAPHIA

MONITUM

Meminerint Superiores et Scriptores Sodalitatis nostrae omnium operum quae a nostris eduntur, etiamsi tantum novae editiones sint, tria exemplaria ad Secretarium Generalem Congregationis mittenda esse, tum ut in Archivo Generali Congregationis et in Sacro Museo ad Scalam Sanctam erecto omnia a nostris edita opera, licet exiguae molis, haberi et servari possint, tum ut de iisdem in hoc Commentario notitiam dare valeamus.

ALFRED WILSON, C. P., *Pardon and peace*. London, Sheed and Ward, 1946, cm. 14 x 20, 3, pp. 234.

Inter hodiernos libros, qui de Confessione sacramentali tractant, certe eminentem locum obtinet praesens volumen ab Adm. R. P. Alfredo a SS. Sacramento, Procuratore Generali Congregationis nostrae, accurato, fluenti lepidoque saepe stilo exaratum.

Libri indoles est speculativo-practica, quatenus auctor fusiore calamo doctrinae theologicae capita recolit, quae scitu sunt necessaria, ut praxis sacramentalis Confessionis faciliior et utilior evadat. Opus in duodeviginti capita dividitur, quae

agunt de necessitate et relativa facilitate Confessionis, de examine conscientiae, de accusatione et dolore peccatorum, de satisfactione sacramentali ac de fructibus spiritualibus, quos ex sacra exomolesi percipiunt qui ad illam rite accedunt.

Specialem curam auctor posuit in defectibus detegendis et denunciandis, in quos nimis frequenter fideles labuntur.

Exhausta iam prima operis editione (3.000 exemplariorum), secunda nunc sub prelo est.

REV. FATHER EDMUND, C. P., *Hunter of souls. A study of th life and spirit of Saint Paul of the Cross*. Dublin, M. H. Gill and Son, Ltd, 1946, cm. 12,5 x 19, pp. XII-228.

Cum iam ab aliquo tempore nulla exstaret in commercio biographia S. Pauli a Cruce lingua anglica exarata, Adm. R. P. Edmundus a B. M. Virgine, huic defectui providere volens, praesens studium biographicum edidit, moderno et allicienti stilo conscriptum ac nitide typis excusum.

In prima libri parte (septem capita complectente) chronologica evolutio exhibetur vitae et operae S. Pauli a Cruce, in secunda vero parte quidam speciales aspectus considerantur personae et operae S. P. N. Legiferi. Hi particulares aspectus quinque sunt: Fundator, Mysticus, Missionarius, Director animarum, et Amator Crucis (*the Saint of the Cross*).

Subsidia et fontes quibus auctor usus est, sunt: praecipui biographi et studiosi S. Pauli a Cruce (B. Vincentius M. Strambi, P. Aloisius Teresia a Iesu Agonizante, P. Lucas a S. Ioseph et P. Caietanus a Nomine Mariae); documenta S. Paulum a Cruce respicientia edita in *Bollettino della Congregazione*; epistolae Sancti Patris Nostri atque *Regulae et Constitutiones Congregationis nostrae*.

Volumen, a lectoribus magna animi satisfactione exceptum, iam secundo editum est.

REV. FATHER BRICE, C. P., *Journey in the night. A practical introduction to St. John of the Cross, and, in particular, a companion to the first book of the «Ascent of Mt. Carmel»*. Frederick Pustet Co., Inc. Publishers, New Vork and Cincinnati, 1945 cm. 14,5 x 22,3. pp. 168.

Ut titulus ipse indicat, parvum hoc volumen, praeter invitationem ad opera legenda S. Ioannis a Cruce (cap. I), com-

mentarios continet in primum librum « Ascensionis Montis Carmeli », a S. Ioanne a Cruce exaratae. Explicatio, quam P. Britius a SS. Corde Iesu (Francus Zurmuehlen) exhibet doctrinae spiritualis S. Ioannis a Cruce, valde clara nobis apparet et menti S. Mystici Doctoris presse inhaerens. Ad fusius declarandam doctrinam huius primi libri « Ascensionis Montis Carmeli », ab auctore pluries afferuntur quoque citationes aliorum operum S. Ioannis a Cruce et aliquando verba etiam S. P. N. Legiferi, cum doctrina Mystici Doctoris plane consonantia.

ID., *Spirit in darkness. A companion to book two of the « Ascent of Mt. Carmel »*. Ibidem, 1946, cm. 14,5 x 22,3, pp. 364.

Brevi postquam edidit commentarium in primum librum « Ascensionis Montis Carmeli », P. Britius aliud volumen publici iuris fecit ad secundum librum memoratae « Ascensionis » declarandum. In hoc quoque libro exarando, sicut in primo, auctor profundam cognitionem prodit operum S. Ioannis a Cruce et theologiae spiritualis; attentam proinde lectionem horum voluminum valde profuturam putamus illis omnibus qui exactam cognitionem comparare quaerunt solidissimae spiritualis doctrinae S. Mystici Doctoris.

ID., *Teresa, John, and Therese. A family portrait of three great Carmelites: Teresa of Avila, John of the Cross, Therese of Lisieux*. Ibidem, 1946, cm. 15,5 x 23,5, pp. 336.

Litteraria operositas P. Britii a SS. Corde Iesu duobus voluminibus commentariorum in « Ascensionem Montis Carmeli » tertium nunc addidit, in quo facili et currenti calamo loquitur de tribus Sanctis Carmelitis Teresia a Iesu, Ioanne a Cruce atque Teresia ab Infante Iesu, quorum, post traditas breves notitias biographicas, scripta et virtutes perpendit, accuratam comparisonem inter illos instituens ad illorum spiritualem affinitatem demonstrandam.

P. BERNARD C. P., *De Goddelijke Deugden*. Uitgeverij het Spectrum, Utrecht [1942], cm. 11,2 x 19, pp. 184.

Hoc volumine (20. in collectione librorum religiosorum « Catholieke Kerk ») P. Bernardus a Virgine Perdolente, post traditas in I capite generales notiones circa theologicas virtu-

tes, in quatuor sequentibus capitibus tractat, facili et perspicuo stilo, de Fide, de Spe et Caritate tum erga Deum tum erga proximum, in illis praesertim insistens argumentis, quae communi fidelium captui aptantur quaeque ad vitae praxim magis directe ordinantur.

P. HILARION C. P., *Kruissignalen voor den Mensch, voor het Gezin, voor verdoolden, voor ons volk, voor de wereld*. St. Gabriel-Uitgeverij, PP. Passionisten, Kortrijk [1945], cm. 13,5 x 21, pp. 16.

Opusculum continet quinque sermones per radioelectricas undas ex Kortrij (in Belgio) diffusos, quibus P. Hilarion a N. D. Mediatrice monita seu instructiones ex doctrina Crucis deducit pro viris, pro familia, pro errantibus, pro populo Belgico ac pro mundo universo nostri temporis.

P. AURELIO DA PAIXAO, PASSIONISTA, *A Santa Inês do século XX, á Serva de Deus Maria Goretti, Mártir da Pureza*. Tradução do italiano pelo R. P. Faustino de São Domingos, da mesma Congregação. 3.ª edição, dedicada a Juventude da Acção Católica de Portugal. Esc. Tip. Oficina de S. José, Porto, 1943.

Cum secunda editio huius allicientis biographiae, unius anni spatium, exhausta esset, sicut et prima, tertiam parare opportunum visum est, quae cum prima et secunda concordat (cf. *Acta*, XV, pp. 38 et 71).

SUOR GESUALDA DELLO SPIRITO SANTO, CARMELITA DEL MONASTERIO DE FLORENCIA, *Santa Gema Galgani, la nueva flor del Calvario*. Versión española por el R. P. Eleuterio de la Inmaculada, Pasionista. Segunda edición, Bilbao, Pia Sociedad de San Pablo para el Apostolado de la Prensa (1943), cm. 16 x 21, 7, pp. 280.

Haec secunda editio versionis hispanicae biographiae S. Gemmae Galgani a « Suor Gesualda dello Spirito Santo » lingua italica conscriptae fere nihil differt a prima, de qua diximus in hac nostra ephemeride, vol. XV, pp. 21-22.

P. GERARDO, PASSIONISTA, *Ricordo del Missionario Passionista. Risveglio di vita cristiana*. Nuova ristampa, 40 migliaia. Casa Pontificia « Scala Santa », Roma ; Casa Editoriale Comm. Luigi Favero, Vicenza, cm. 13, 5 x 8, pp. 416.

Novae ac frequentes editiones huius opusculi ostendunt quam acceptum sit devotis lectoribus, qui revera omnia ibi inveniunt ad pietatem fovendam, praesertim in dominicam Passionem. Opus nostris Missionariis commendatur (cf. *Acta*, vol. XIII, pag 529).

P. SILVIO, PASSIONISTA, *São Gabriel de Nossa Senhora das Dores (Estudante Passionista)*. Primera Edição. Redação de « O Calvario », Caixa Postal, n.º 1328, São Paulo, 1944, cm. 22 x 15, pp. 247.

Haec nova biographia S. Gabrielis a Virgine Perdolente, amplae Brasiliae incolis destinata, desiderio occurrit crescentium in dies admiratorum et devotorum nostri Sancti Thaumaturgi. Vingt novem capitibus, non mediocri arte exaratis, figura S. Gabrielis delineatur, praesertim eius vita interior omni splendens religiosa virtute.

Editio haec prima, cui aliae plurimae sequantur, pulchris ornatur imaginibus.

P. ILARIO DELL'IMMACOLATA, PASSIONISTA, *Il devoto di S. Gabriele dell'Addolorata*. Santuario di S. Gabriele dell'Addolorata, Casa Editoriale Comm. Luigi Favero, Vicenza, 1946, cm. 13,5 x 8, pp. 339.

Opus vere utile et omnibus cultoribus S. Gabrielis apprime carum; continet enim quidquid ab eis desiderari potest.

Opus tripartitur. Prima pars, quae occupat 146 paginas, describendae vitae S. Gabrielis impenditur; quod fit genere dicendi allicienti et cum criterio selectionis satis conspicuo. Secunda pars, quae usque ad pag. 268 pertingit, continet preces et devotiones erga Sanctum, imprimis illam quae « Septem Sabbatorum » dicitur. Tertia pars varios exhibet cantus, musicis notis ornatos, in eiusdem Sancti honorem. Praemittitur « Missa in honorem S. Gabrielis », auctore P. S. Zimarino.

Maximam optamus operi diffusionem.

MONSEÑOR ESTANISLAO BATTISTELLI, PASIONISTA, OBISPO DE SOVANA Y PITIGLIANO, *San Gabriel de la Dolorosa, Estudiante Pasionista*. Versión de la tercera edición italiana por el R. P. Elias de la Dolorosa, Pasionista. Bilbao-Madrid, Pia Sociedad de San Pablo (1942), cm. 21 x 15,5, pp. 197.

Optimo consilio P. Elias laborem impendit huic versioni hispanae linguae lectoribus parandae. Invenient enim hic sobriam simulque elegantem et solidam narrationem vitae S. Gabrielis a Virgine Perdolente.

P. ROQUE DE LA ASUNCION, C. P., *Nuevo manual de la Pasión*. Devocionario completo arreglado por el —. « Redención », PP. Pasionistas, Bilbao-Deusto, 1945, cm. 14 x 8, pp. 523.

Optimum hoc manuale, spiritu « passionistico » exaratum, vere completum, in suo genere, dici potest. En brevis descriptio. Praemittitur kalendarium ecclesiasticum cum suis festis sive fixis sive mobilibus; sequuntur: pia exercitia quotidiana, modus adistendi sancto Sacrificio Missae, - cuius datur « Ordinarium Missae » latine et hispanice, - Exercitia et orationes pro Confessione et Communionem, Devotiones et preces erga SS. mam Trinitatem, Spiritum Sanctum, SS. mam Eucharistiam, Dominicam Passionem., SS. mum Cor Iesu, Beatissimam Virginem et Sanctos. Additur: praeparatio pro « bona morte », adistentia moribundis praestanda, devotio erga animas in Purgatorio degentes et selecta collectio sacrorum canticorum. Etiam huic manuali maximam optamus diffusionem.

Catecismo sobre los principales deberes del Religioso Pasionista para uso de los Novicios. Traducción de la segunda edición italiana ajustada al Código del Derecho Canónico. Afrodísio Aguado, S. A., Valladolid, cm. 13, 5 x 8, 7, pp. 40.

Estatutos de la Confradía de la Pasión. Segunda edición. « Redención », PP. Pasionistas, Bilbao-Deusto, 1943, cm. 15, 5 x 10, pp. 36.

Hoc opusculum clare et ordinate exponit per articulos modum erectionis, finem et organizationem Confraternitatis a Pasione.

Utiliter a nostratibus, praesertim a Directoribus Confraternitatum, consuletur ad earundem incrementum.

DEPOSITO CORPORE AD CHRISTUM MIGRAVERUNT

DE NUNTIO FUNEBRI

In exarando nuncio funebri numquam omittantur : Nomen Congregationis vel Instituti ; dies, mensis, et annus mortis ; nomen loci tam sacrum quam saeculare ; nomen Provinciae ; nomen religionis et saeculi defuncti vel defunctae ; dies, mensis et annus primae professionis.

Nuncium vero a Rectore domus, in qua defunctus morabatur, mittendum est tum ad Secretarium Generalem tum etiam ad singulos Provinciales, aliosque Superiores iuxta normas in novis Statutis n. 155 editas.

4. — *Die 11 Decembris 1946, in Recessu Matris Dolorosae (West Springfield), Prov. S. Pauli a Cruce, P. ALBANUS AB IMMACULATA CONCEPTIONE (Thomas I. Kiernan), qui, natus anno 1886, vota nuncupaverat die 1 Septembris 1921.*

5. — *Die 23 Decembris 1946, in Recessu S. Pauli a Cruce (Dublin), Prov. S. Patritii, P. IGNATIUS A CRUCE (Iosephus Eduardus Le Mesurier), qui, natus anno 1870, vota nuncupaverat die 25 Iunii 1893.*

6. — *Die 15 Ianuarii 1947, in nosocomio... CONFRATER FRANCISCUS AB IMMACULATA CONCEPTIONE (Alexius Brossard), Prov. S. Michaëlis Arch., qui, natus anno 1926, vota nuncupaverat die 30 Decembris 1945.*

7. — *Die 17 Ianuarii 1947, in Recessu S. Michaëlis Arch. (Union City), Prov. S. Pauli a Cruce, P. IUSTINUS A IESU INFANTE (Petrus Carey), qui, natus anno 1868, vota nuncupaverat die 6 Ianuarii 1886.*

8. — *Die 19 Ianuarii 1947, in Recessu S. Ioseph (Baltimore), Prov. S. Pauli a Cruce, P. FABIANUS A N. D. AUXILIO CHRISTIANORUM (Gulielmus Ioannes Fortune), qui, natus anno 1890, vota nuncupaverat die 25 Maii 1909.*

9. — *Die 8 Februarii 1947, in religiosa domo de Ayr. N. B., Inst. Sororum SS. Crucis et Passionis D. N. I. C. (Bolton), SOROR M. PATRITIA IOS. A MATRE DEI (Catharina Murphy), quae nata anno 1861, vota nuncupaverat die 18 Martii 1882.*

10. — *Die 13 Februarii 1947, in religiosa domo de Kilculen, eiusdem Instituti, SOROR M. COMGALL IOS. A SS. SACRAMEN-*

to (Birgitta McHenry), quae, nata anno 1881, vota nuncupaverat die 15 Augusti 1914.

11. — *Die 17 Februarii 1947*, in religiosa domo de Bryson Street (Belfast), eiusdem Instituti, SOROR M. PETRA IOS. A SS. CORDIBUS IESU ET MARIAE (Maria O' Brien), quae, nata anno 1868, vota nuncupaverat die 6 Ianuarii 1894.

12. — *Die 23 Februarii 1947*, in Recessu SS. Cordis Iesu (Louisville), Prov. SS. Crucis, P. EUGENIUS A S. IOSEPH (Iacobus Creegan), qui, natus anno 1871, vota nuncupaverat die 7 Augusti 1889.

13. — *Die 4 Martii 1947*, in Recessu Reginae Pacis (Monopoli), Prov. a Latere Christi, P. TITUS AB IMMACULATA (Angelus Del Vecchio), qui, natus anno 1913, vota nuncupaverat 21 die Novembris 1932.

14. — *Die 9 Martii 1947*, in Recessu Iesu et Mariae (Moricone), Prov. B. M. V. a Pietate, P. STEPHANUS AB INFANTE IESU (Amphinomus Teofili), qui, natus anno 1885, vota nuncupaverat die 5 Ianuarii 1903.

15. — *Die 16 Martii 1947*, in religiosa domo de Parkmount Salford), Inst. Sororum SS. Crucis et Passionis D. N. I. C. (Bolton), SOROR M. PAULA FRANCISCA IOS. A IESU CRUCIFIXO (Dora Grogan), quae, nata anno 1863, vota nuncupaverat die 15 Augusti 1891.

16. — *Die 20 Martii 1947*, in Recessu S. Ioseph (Pontefelcino), Prov. B. M. V. a Pietate, P. RAYMUNDUS AB ANNUNTIATIONE (Fridericus Fornari), qui, natus anno 1871, vota nuncupaverat die 21 Novembris 1888.

17. — *Die 21 Martii 1947*, in religiosa domo de Playa Ancha (Valparaiso, Chile), Instituti Sororum SS. Crucis et Passionis D. N. I. C. (Bolton), SOROR MARIA SUCCURSUS IOS. A IESU (Clara Cerda), quae nata anno 1883, vota nuncupaverat... anno 1916.

18. — *Die 28 Martii 1947*, in Instituto Filiarum Passionis et Mortis D. N. I. C. et Dolorum B. M. V. (in Mexico), SOROR FRANCISCA A IESU AGONIZANTE (Crescentiana Beltrán)...

19. — *Die 31 Martii 1947*, in Recessu S. Mariae de Corniano (Ceccano), Prov. B. M. V. Dolorosae, P. EPIPHANIUS A

VIRGINE PERDOLENTE (Daniel Camastro), qui, natus anno 1878, vota nuncupaverat die 6 Decembris 1895.

20. — *Die 31 Martii* 1947, in domo paroeciali de Orech (in Bulgaria), FRATER SEVERINUS A CRUCE (Ferdinandus Panatta), Prov. B. M. V. a Pietate, qui, natus anno 1868, vota nuncupaverat die 18 Maii 1893.

21. — *Die 31 Martii* 1947, in Recessu Matris Dolorosae (Sierra Madre), Prov. SS. Crucis, P. DIONYSIUS MARIA A S. IOSEPH (Iosephus Keating), qui, natus anno 1904, vota nuncupaverat die 20 Iulii 1930.

22. — *Die 2 Aprilis* 1947, in Recessu S. Pauli a Cruce (Dublin), Prov. S. Patritii, FRATER ALOISIUS A SS. CORDE IESU (Iacobus Slattery), qui, natus anno 1874, vota nuncupaverat die 28 Maii 1893.

23. — *Die 6 Aprilis* 1947, in Monasterio S. Ioseph (Mamers, in Gallia) SOROR MARIA BAPTISTA A PASSIONE (Maria Barbé), quae, nata anno 1863, vota nuncupaverat die 10 Iunii 1890.

24. — *Die 14 Maii* 1947, in Recessu B. M. V. de Fátima (Barroselas), Prov. Pretiosissimi Sanguinis, FRATER LAURENTIUS A S. GERARDO (Iosephus García), qui, natus anno 1882, vota nuncupaverat die 2 Decembris 1898.

25. — *Die 27 Maii* 1947, in Recessu Immaculatae Conceptionis (Jamaica), Prov. S. Pauli a Cruce, P. ANSELMUS A PURISSIMO CORDE MARIAE (Gulielmus G. Connolly), qui, natus anno 1904, vota nuncupaverat die 12 Septembris 1926.

26. — *Die 10 Iunii* 1947, in Recessu S. Mariae ad Montes (Napoli), Prov. B. M. V. Dolorosae, P. STEPHANUS A MATRE DEI (Iosephus Di Ruscio), qui, natus anno 1921, vota nuncupaverat die 5 Decembris 1938.

27. — *Die 14 Iunii* 1947, in Recessu S. Pauli a Cruce (Genova-Pegli), Prov. Immaculati Cordis B. M. V., P. PETRUS A VIRGINE ASSUMPTA (Iosephus Ferrero), qui, natus anno 1881, vota nuncupaverat die 30 Augusti 1899.

28. — *Die 19 Iunii 1947*, in Recessu S. Pauli a Cruce (Dublin), Prov. S. Patritii, P. THOMAS A S. IOSEPH (Matthaeus Hefferman), qui, natus anno 1878, vota nuncupaverat die 6 Aprilis 1896.

29. — *Die 19 Iunii 1947*, in Recessu B. M. V. Perdolentis (Mellid), Prov. SS. Cordis Iesu, FRATER IGNATIUS A S. IOSEPH (Iosephus Maria Odriozola), qui, natus anno 1869, vota nuncupaverat die 11 Aprilis 1896.

30. — *Die 20 Iunii 1947*, in sanatorio « Forlanini » (Romae), FRATER ANSELMUS A SS. CORDE IESU (Ioannes D'Angelo), Prov. B. M. V. Dolorosae, qui, natus anno 1922, vota nuncupaverat die 19 Martii 1940.

31. — *Die 26 Iunii 1947*, in Recessu SS. Salvatoris ad Scalas Sanctas (Romae), Prov. Praesentationis B. M. V., P. GABRIEL AB IMMACULATA (Alfredus Boldrini), qui, natus anno 1881, vota nuncupaverat die 21 Decembris 1900.

32. — *Die 29 Iunii 1947*, in Recessu SS. Crucis, Prov. Immaculatae Conceptionis, FRATER AMBROSIUS A PASSIONE (Thomas Flynn), qui, natus anno 1880, vota nuncupaverat die 26 Iunii 1897.

33. — *Die 5 Iulii 1947*, in Recessu S. Pauli a Cruce (Genova-Pegli), Prov. Immaculati Cordis B. M. V., P. CHERUBINUS A PRAESSENTATIONE (Ioannes Ascheri), qui, natus anno 1886, vota nuncupaverat die 26 Octobris 1902.

34. — *Die 29 Iulii 1947*, in Recessu SS. Salvatoris ad Scalas Sanctas (Romae), Prov. Praesentationis B. M. V., P. VENANTIUS A PRAESSENTATIONE (Lucianus Migliori), qui, natus anno 1887, vota nuncupaverat die 3 Decembris 1903.

Imprimatur: ALBERTUS A VIRGINE PERDOLENTE Praep. Gen.
P. POLISSENO ORLANDI (P. EMIDIO, PASSIONISTA) *Direttore responsabile.*

Scuola Tipogr. Miss. Domenicana - Piazzale Numa Pompilio, 1 - Roma

Acta Congregationis

a SS. Cruce et Passione D. N. J. C.

Jesu Christi Passio sit semper in cordibus nostris

EX ACTIS APOSTOLICAE SEDIS

NUNTIIUM

REV. MUS P. EUGENIUS A SS. CORDE IESU (VINCENTIUS BOSSILKOFF), ADMINISTRATOR APOSTOLICUS DIOECESIS NICOPOLITANAE, IN EPISCOPUM NICOPOLITANUM ELIGITUR.

Diarium « L'Osservatore Romano », die 31 Augusti 1947, nuntium electionis Rev. mi P. Eugenii a SS. Corde Iesu (Vincenzii Bossilkoff) in Episcopum Nicopolitanum dabat his verbis:

« La santità di Nostro Signore. con Decreto della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale, Si è benignamente degnata di eleggere alla Sede residenziale Vescovile di Nicopoli (in Bulgaria) il Rev. mo P. Eugenio Bossilkoff, della Congregazione dei Chierici Scalzi della SS. ma Croce e Passione di N. S. G. C. (Passionisti) ».

Nuper electus Episcopus Nicopolitanus, natus Beleni (in Bulgaria) die 16 Novembris 1900, religiosa vota in Congregatione nostra emisit die 29 Aprilis 1920 et Sacerdotio auctus est die 26 Iulii 1926. Studia ecclesiastica peregit antea in scholis Congregationis nostrae (in Belgio, in Hollandia et in Bulgaria) ac deinde Romae apud Pontificium Institutum Orientale, in quo, anno 1931, lauream consecutus est in Scientiis Ecclesiasticis Orientalibus. Administrator Apostolicus dioecesis Nicopolitanae renuntiatus est die 13 Augusti 1946. Ad Provinciam pertinet Matris S. Spei.

Vicesimus septimus est in ordine Episcoporum nostrorum ab inita Congregatione et decimus inter viventes.

Quem Deus diutissime sospitet.

DOCUMENTA PONTIFICIA CONGREGATIONIS

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DIMISSIO P. MARIIS ISOPO E CONGREGATIONE NOSTRA RATA HABETUR ET CONFIRMATUR.

N. 6647/47

EX SECRETARIA
SACRAE CONGREGATIONIS
DE RELIGIOSIS

Romae, die 6 Augusti 1947.

REVERENDISSIME PATER,

Haec S. Congregatio, mature perpensis gravibus expositis circa P. Marium Isopo, sacerdotem professum e Congregatione a Passione Iesu, attentis omnibus ad rem facientibus, rescribendum censuit prout rescribit: « Hoc Sacrum Dicasterium ratam habet et confirmat dimissionem Patris Marii Isopo a Congregatione Passionistarum cum dispensatione a processu instruendo ».

Haec a me communicanda erant cum Paternitate Tua cui, fausta omnia adprecatus a Domino, permaneo

add.mus servus

L. ✠ S.

L. H. PASETTO, *Secr.*

Rev.mo Patri
Praeposito Generali
Congregationis a Passione Iesu.

Praesens Rescriptum S. Congregationis de Religiosis hic publici iuris jacimus ex voluntate Rev.mi Abbatis Claravallensis Matthaei Quatember, S. O. C., Praesidis a Summo Pontifice Pio PP. XII ablegati Capituli Generalis XXXV Congregationis nostrae.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

REV.MUS P. EUGENIUS A SS. CORDE IESU (VINCENTIUS BOSSILKOFF). C. P., IN EPISCOPUM NICOPOLITANUM ELIGITUR.

N. 367/46

DECRETUM

Cum sedes episcopalis residentialis Nicopolitana in Bulgaria, per mortem Ex.mi ac Rev.mi P. D. Damiani Theelen vacaverit, Ss.mus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, die XXVI mensis Julii 1947, Episcopum praefatae ecclesiae Nicopolitanae eligere et constituere dignatus est Rev.dum P. Eugenium Bossilkoff e Congregatione Clericorum exalceatorum S.mae Crucis et Passionis D. N. Jesu Christi, eiusdem Nicopolitanae Sedis hactenus Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis », cum omnibus iuribus, officiis et privilegiis eidem muneri adnexis.

Praesens insuper Decretum Summus Pontifex expediri ac publici iuris fieri mandavit.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis « Pro Ecclesia Orientali », die XIII mensis Augusti, anno Domini 1947.

EUGENIUS CARD. TISSERANT,
a secretis.

L. ✠ S.

Joannes Rossi, *Subst.*

ACTA CURIAE GENERALIS

COMMUNICATIONES ET MONITA

DE LICENTIIS A REV.MO P. PRAEPOSITO GENERALI OBTINENDIS.

Accidit aliquando ut Sodales, licentiam non obtentam a suo Praeposito Provinciali directe petant a Rev.mo Praeposito Generali, nihil dicentes de praecedenti negatione. Iamvero Rev.mus Praepositus Generalis declarat invalidas esse licentias a se

concessas, si prius denegatae fuerint a Praeposito Provinciali et nulla facta sit denegationis mentio.

DE CATALOGO GENERALI SODALIIUM PROXIME EDENDO.

Ut citius et correctius paretur nova editio Catalogi generalis Sodalium C. N. viventium, haec prestare velint Praepositi Provinciarum :

1) Ex Catalogo edito anno 1937 adnotare faciant Sodales dimissos, eos praesertim qui vel expleto votorum tempore vel irregulariter Congregationem reliquerunt. Horum enim non semper traditur notitia Secretario Generali.

2) Item adnotare quae corrigenda sunt in eodem Catalogo, sive quoad nomina sive quoad numeros.

3) Pro Sacerdotibus, qui post annum 1936 sacrum Presbyteratus ordinem receperunt, diem Ordinationis scribere.

Curae demum erit Secretario Generali ad novitiorum Magistros mittere scriptionis typis edendae experimenta (v. *bozze di stampa*), quae nomina continent Sodalium qui post annum 1936 professionem religiosam emiserunt, ut accurate ea corrigant et ad eundem Secretarium remittant.

DE NECROLOGIIS SODALIIUM ROMAM MITTENDIS.

Paratur etiam editio Necrologiarum Sodalium, qui ab anno 1943 defuncti sunt ; sed ut in posterum editoris labor minuatur, enixe rogantur Necrologiarum scriptores ut, brevitati studentes, omnia duabus vel ad summum tribus paginis comprehendant.

POSTULATIO GENERALIS

OBLATIONES PRO CAUSIS SERV. DEI CONG. NOSTRAE

E RECESSU SS. IOANNIS ET PAULI DE URBE : *Recessus* : Lib. 15.000

E PROVINCIA B. M. V. A PIETATE. *Oblatio* pro Causa P. Bernardi Mariae a Iesu : Lib. 765. *Recessus* S. Francisci de Paula (Grottamare) : pro Causa Servi Dei Ioannis a Spiritu Sancto : Lib. 3.126.

E MONASTERIO RIPANO : pro Causa Servi Dei *praefati* : Lib.
I.303.

Romae, die 19 Septembris 1947.

AEGIDIUS IOSEPH A SS. CORDIBUS,
Postulator Generalis.

SECRETARIATUS GENERALIS MISSIONUM

I

DE DIE MISSIONALI CELEBRANDO.

Cum penultima Dominica Octobris, die 19, missionalis dies celebrandus sit, hic recolere opportunum ducimus normas a nostris in celebratione huius diei servandas :

« 1) Ubi Ordinarius loci normas peculiare statuerit, easdem, quantum fieri potest, Religiosi quoque nostri servabunt.

« 2) Si nullae ab Ordinario normae statutae fuerint, quae sequuntur servari debent : a) in praecipuis Missis illius diei, collectae pro Missionibus fiant. b) Hora maioris populi frequentiae, concio habeatur, qua fideles hortentur praecipue ad Opus Pontificium pro Missionibus adiuvandum. c) Mane vel vespere, per integram horam SS.um Eucharistiae Sacramentum exponatur, et preces fundantur ad mentem Summi Pontificis, additis etiam cum cantu Litaniis Sanctorum vel B. Mariae Virginis.

« Pecunias vero omnes ex inscriptionibus Pontificio Operi et ex collectis perceptas ad sedem dioecesanam operis a Propagatione Fidei Superiores mittant simulque Secretarium Generalem Missionum certiore faciant de earundem summis, iuxta normam in Ephemeride Congregationis relatam anno 1928, pag. 60, n. 3 » (*Acta Congregationis*, XI, pp. 133-134).

II

MONITA

Cum propter belli cessationem communicatio cum Missionariis nostris facilius evaserit, quo melius Sodales universi iisdem auxilio esse possint in regno Christi dilatando, Secretarius Generalis Missionum quae sequuntur vehementer inculcat :

1. — Omnibus Praepositis Provincialibus commendatur ut in suis Provinciis committant Officium Secretarii Provincialis Missionum religioso idoneo, qui cum Secretario Generali Missionum communicet.

2. — Secretariis Provincialibus Missionum commendatur ut quotannis ad Secretarium Generalem Missionum mittant elenchum Missionariorum suae Provinciae. In hoc elencho nomen Religionis et nomen saeculi uniuscuiusque Missionarii adnotetur, cui Provinciae sit addictus, annus, mensis et dies quo natus sit et professionem emiserit; necnon tempus quo Missionem ingressus et, si presbyter, quando sacerdotio auctus sit. Pariter iisdem Secretariis Provincialibus Missionum commendatur ut notitias propriam Missionem vel proprias Missiones respicientes sedulo colligant, ad Secretarium Generalem Missionum mittendas et in « *Actis Congregationis* » publicandas.

3. — Rectores Recessum nostrorum curent ut, iuxta veterem consuetudinem, in sacrario ecclesiae vel alibi, praesto sit liber in quo Sodales sacerdotes signare possint Missas quas applicare intendunt pro Missionibus nostris.

4. — Sacerdotes nostri enixe rogantur ut libenti animo et frequenter Missam « liberam » hebdomadalem relinquunt ad opem ferendam Missionariis nostris, qui vires et vitam ipsam impendunt in Fide christiana propaganda.

5. — Omnibus Demum Sodalibus commendatur ut Missiones nostras adiuvent, pittacia vehicularia (*francobolli*) et alia huiusmodi colligendo, ad Secretarium vel Delegatum Missionum propriae Provinciae vel etiam ad Secretarium Generalem Missionum Romam mittenda.

P. MARTINUS A S. FAMILIA,
Secretarius Generalis Missionum.

CHRONICA CONGREGATIONIS NOSTRAE

I

ELECTIONES, ORDINATIONES SACRAE, PROFESSIONES

Ex Prov. Praesentationis B. M. V. — *Professiones temporariae.* In Recessu S. Ioseph (Monte Argentario), die 27 Februarii 1946, vota temporaria emisit *Confrater Alphius ab Immacu-*

lata : die 25 Iulii 1946, *Frater Benedictus a SS. Corde Iesu* ; die 18 Augusti 1946, *Confrater Paulus a Virgine Perdolente*.

Ex Prov. B. M. V. Dolorosae. — *Professiones temporariae*. In Recessu S. Mariae de Corniano (Ceccano), die 22 Martii 1946, vota temporaria emisit *Frater Paschalis a S. Nicolao Barensi* ; die 10 Novembris 1946, *Confratres* : *Carmelus a Iesu, Renatus ab Immaculata, Archangelus a Virgine Pompeiana et Flavius ab Assumpta*.

Ex Prov. B. M. V. a Pietate. — *Professio temporaria*. In Recessu S. Mariae de Quercu (Morrovalle), die 8 Augusti 1946, vota temporaria emisit *Frater Bernardus a Virgine Auxiliatrice*.

Ex. Prov. S. Ioseph. — *Capitulum Provinciale*. Habitum est a die 17 ad diem 23 Iunii 1947 in Recessu S. Gabrielis (Ormskirk) eique praefuit Rev. mus P. Praepositus Generalis Albertus a Virgine Perdolente. Electi autem fuerunt :

in Praepositum Provinciae: *Adm. R. P. Augustinus a Matre Dolorosa* ;

in primum Consultorem : *Adm. R. P. Brendanus a Septem Doloribus* ;

in secundum Consultorem : *Adm. R. P. Arthurus a Septem Doloribus* ;

in Rectorem Recessus S. Ioseph (London) : *Adm. R. P. Haroldus a Virgine Perdolente* ;

” ” ” SS. Salvatoris (Broadway) : *Adm. R. P. Canisius a Matre Dolorosa* ;

” ” ” S. Annae (Sutton) : *Adm. R. P. Camillus a SS. Corde Iesu*,

” ” ” S. Mariae (Harborne) : *Adm. R. P. Romualdus a SS. Sacramento* ;

” ” ” S. Mariae (Carmarthen) : *Adm. R. P. Matthaeus a N. D. Perpetui Succursus* ;

” ” ” S. Pauli a Cruce (Ilkley) : *Adm. R. P. Leonardus a Virgine Perdolente* ;

” ” ” S. Gabrielis (Ormskiry) : *Adm. R. P. Patritius a SS. Sacramento* ;

” ” ” de St. Non (St. David's) : *Adm. R. P. Colmanus a SS. Corde Iesu* ;

in Magistrum Novitiorum : *Adm. R. P. Benignus a Matre Dei.*

Professiones temporariae. In Recessu SS. Salvatoris (Broadway), die 29 Aprilis 1946, vota temporaria emisit *Frater Leo a S. Gemma Galgani* ; die 15 Decembris 1946, *Confratres: Augustinus a Pretiosissimo Sanguine et Terentius a Martyribus Anglicis.*

Ex Prov. S. Pauli a Cruce. — *Capitulum Provinciale.* Habitu est a die 9 ad diem 17 Iulii 1947, in Recessu Immaculatae Conceptionis (Jamaica) eique praefuit, ex delegatione, *Adm. R. P. Malcolmus a Maria, I Consultor Generalis.* Electi autem fuerunt :

in Praepositum Provinciae : *Adm. R. P. Gabriel a SS. Corde Iesu ;*

in primum Consultorem : *Adm. R. P. Ernestus a Cruce ;*

in secundum Consultorem : *Adm. R. P. Berchman ab Immaculato Corde Mariae ;*

in Rectorem Recessus SS. Crucis (Dunkirk) : *Adm. R. P. Carolus a Maria Immaculata ;*

» » » *S. Michaëlis (Un'on City) : Adm. R. P. Camillus a Matre Dei ;*

» » » *Immaculatae Conceptionis (Jamaica) : Adm. R. P. Leonardus a S. Familia ;*

» » » *S. Pauli a Cruce (Pittsburgh) : Adm. R. P. Gregorius a Puero Iesu ;*

» » » *S. Gabrielis (Boston) : Adm. R. P. Gordianus a Maria Immaculata ;*

» » » *S. Annae (Scranton) : Adm. R. P. Canisius a Matre S. Spei ;*

» « » *a Virgine Perdolente (West Springfield) : Adm. R. P. Basilius a Matre Dei ;*

» « » *S. Ioseph (Baltimore) : Adm. R. P. Alexius a Pretiosissimo Sanguine ;*

» » » *S. Mariae (Dunkirk) : Adm. R. P. Rogorius a Virgine Perdolente ;*

in Magistrum Novitiorum : *Adm. R. P. Paulus Franciscus a SS. Sacramento.*

Professiones temporariae. In Recessu S. Pauli a Cruce Pittsburgh), die 15 Augusti 1946, vota temporaria emiserunt *Confratres: Caietanus a SS. Cordibus, Cornelius a Spiritu Sancto, Aloisius a Iesu Crucifixo, Giles a SS. Cordibus, Leo a Iesu et Maria, Cronanus a Purissimo Corde Mariae, Edmundus a Cruce, David*

a SS. Corde Iesu, Daniel a N.D. de Mercede, Marcus a Virgine Perdolente, Edgarus a SS. Corde Iesu, Bonaventura a Maria Immaculata, Normannus ab Immaculato Corde Mariae et Maurus a Matre Dei.

Ex Prov. S. Michaëlis Archangeli. — *Capitulum Provinciale.* Habitum est a die 5 ad diem 17 Iunii 1947 in Recessu S. Pauli a Cruce (Melay) eique praefuit, ex delegatione, Adm. R. P. Martinus a S. Familia, IV Consultor Generalis. Electi autem fuerunt :

in Praepositum Provinciae: Adm. R. P. Dominicus a Virgine SS. Cordis Iesu (ex Prov. Matris S. Spei).

in primum Consultorem : Adm. R. P. Paulus Ioseph a SS. Corde Iesu ;

in secundum Consultorem: Adm. R. P. Georgius ab Immaculata Conceptione ;

in Rectorem Recessus S. Pauli a Cruce (Melay) : Adm. R. P. Sebastianus a Virgine Perdolente ;
» » » N. D. a Septem Doloribus (Mérignac) :
Adm. R. P. Amideus a Maria Immaculata ;

in Magistrum Novitiorum : Adm. R. P. Gabriel a Matre Dolorosa (ex Prov. S. Gabrielis a Virgine Perdolente).

Professiones perpetuae. In Recessu S. Pauli a Cruce (Melay), die 26 Februarii 1946, vota perpetua emisit *Confrater Petrus a Virgine Perdolente* ; in eodem Recessu, die 18 Decembris 1946, *Confrater Ioseph a Virgine Perdolente*.

Professio temporaria. In Recessu S. Pauli a Cruce (Melay), die 21 Novembris 1946, vota temporaria emisit *Confrater Stephanus a SS. Corde Iesu*.

Ex Prov. SS. Cordis Iesu. — *Professiones temporariae.* In Recessu N. D. de Angosto (Villanañe), die 24 Aprilis 1946, vota temporaria emisit *Frater Martinus a Virgine Perdolente* ; die 26 Maii 1946, *Confratres* : *Michaël a Desolata*, *Severianus a S. Gabriele a Virgine Perdolente*, *Hilarius a Corde Mariae*, *Theophilus a Virgine Perdolente*, *Tarcisius a Puero Iesu*, *Aurelius a S. Gabriele a Virgine Perdolente*, *Aloisius Angelus a Virgine*

Perdolente, Alexander a Cruce, Paulus Maria a S. Ioseph, Caecilii a Praesentatione, Pius ab Immaculata, Sanctus a N. D. de Choro, Secundinus ab Immaculata et Ioseph Michaël ab Infante Iesu; die 17 Iunii 1946, *Fratres: Ioannes Baptista a S. Michaelē Archangelo et Salvator a Virgine Perdolente*; die 7 Novembris 1946, *Confrater Aloisius a Virgine Perdolente*.

Ex Prov. Immaculati Cordis B. M. V. — *Electio extracapitularis.* Cum vacasset munus Rectoris in Recessu N. D. a S. Cassiano ob electionem Adm. R. P. Primi a S. Latere in Rectorem Recessus S. Pancratii M. (Pianezza), Curia Provincialis, die 2 Augusti 1947, ad idem munus elegit Adm. R. P. *Emmanuel a Septem Doloribus*, quam electionem Rev. mus P. Praepositus Generalis, die 16 Augusti 1947, ratam habuit et confirmavit.

Professiones temporariae. In Recessu S. Mariae a Saxo (Caravate), die 12 Ianuarii 1946, vota temporaria emisit *Frater Anacletus a SS. Sacramento*; die 8 Septembris 1946, *Confratres: Bruno a Iesu et Maria, Damianus a Spiritu Sancto, Michaël Angelus a Virgine Auxiliatrice, Armandus a S. Paulo a Cruce, Renatus a Virgine Perdolente, Linus a Matre Dei, Livius a Cruce, Sergius a Crucifixo et Constans a S. Gabriele*.

Ex Prov. Immaculatae Conceptionis. — *Professiones temporariae.* In Recessu S. Pauli a Cruce (Capitán Sarmiento), die 19 Ianuarii 1946, vota temporaria emiserunt *Confratres: Matthaëus a Latere Iesu, Georgius a Corde Mariae et Basilius a Matre Dolorosa*.

Ex Prov. a Latere Christi. — *Nominatio Superiorum.* Decreto S. Congr. de Religiosis diei 9 Octobris 1947, Prot. N. 8758.-47, Praepositus et Consultores Provinciae a Latere Christi nominati sunt ab eadem S. Congregatione; Rectores vero et Magister novitiorum a Rev. mo Praeposito Generali, audita nova Curia Provinciali, et quidem omnes usque ad proximum Capitulum, post triennium iuxta Regulas celebrandum. Nominat autem sunt:

in Praepositum Provinciae: *Adm. R. P. Marcellus a SS. Nunziata*;

in primum Consultorem: *Adm. R. P. Fulgentius a Iesu Infante*;

- in secundum Consultorem : *Adm. R. P. Nazarenus a Virgine Dolorosa* ;
- in Rectorem Recessus SS. Cordis Iesu (Manduria) : *Adm. R. P. Gerardus a S. Carolo* ;
- » » » Immaculati Cordis B.M.V. (Novoli) : *Adm. R. P. Fidelis a SS. Cordibus* ;
- » » » S. Pauli a Cruce (Ceglie Messapico) : *Adm. R. P. Caelestinus ab Immaculata* ;
- » » » B.M.V. a Catena (Laurignano) : *Adm. R.P. Dominicus a Latero Christi* ;
- » » » S. Francisci Paulani (Fuscaldò) : *Adm. R. P. Angelus a SS. Nuntiata* ;
- » » » Reginae Pacis (Monopoli) : *Adm. R. P. Placidus a S. Gabriele* ;
- » » » S. Gabrielis a Virg. Perd. (Trepuzzi) : *Adm. R. P. Raymundus a Virgine Perdolente* ;
- in Magistrum Novitiorum : *Adm. R.P. Leonardus a S. Gabriele*.

Ex praedictis munus non acceptarunt Adm. RR. PP. Caelestinus et Dominicus, ideoque in eorum locum nominati sunt sequentes :

- in Rectorem Recessus S. Pauli a Cruce (Ceglie Messapico) : *Adm. R. P. Stanislaus ab Assumpta* ;
- » » » B.M.V. a Catena (Laurignano) : *Adm. R.P. Seraphinus a SS. Sacramento*.

Professio perpetua. In Recessu B. M. V. de Catena (Laurignano), die 17 Februarii 1946, vota perpetua emisit *Confrater Carmelus a SS. Corde Iesu*.

Professiones temporariae. In Recessu B. M. V. a Catena (Laurignano), die 11 Octobris 1946, vota temporaria emiserunt *Confratres : Damianus a Cruce, Ignatius a Regina Apostolorum et Ferdinandus a Virgine Perdolente*.

Ex Prov. S. Familiae. — *Professiones temporariae.* In Recessu N. D. del Villar (Corella), die 12 Septembris 1943, vota temporaria emiserunt *Confratres : Adolphus ab Immaculata et Clarentius a S. Gabriele* ; die 5 Novembris 1943, *Confrater Martinus a Patrocínio S. Ioseph* ; die 8 Septembris 1944, *Confrater Eu-*

thymius a Iesu Crucifixo ; die 26 Ianuarii 1946, *Frater Angelus a S. Ioseph* ; die 8 Iunii 1946, *Frater Lucas ab Immaculata* ; die 15 Septembris 1946, *Confratres* : *Tiburtius a Virgine Perdolente*, *Theodorus a SS. Cordibus*, *Constantius a Maria Virgine*, *Alfonsus a S. Gabriele*, *Dionysius a Puero Iesu*, *Carolus a Corde Mariae*, *Fridericus a SS. Sacramento et Victorinus a S. Familia* atque *Frater Delphinus a SS. Corde Iesu*.

Ex Prov. SS. Crucis. — *Capitulum Provinciale*. Habitum est a die 24 ad diem 31 Iulii 1947 in Recessu Immaculatae Conceptionis (Chicago) eique praefuit, ex delegatione, Adm. R. P. Malcolmus a Maria, I Consultor Generalis. Electi autem fuerunt : in Praepositum Provinciae : *Adm. R. P. Iacobus Patritius a Passione* ;

in primum Consultorem : *Adm. R. P. Iosephus a Cruce* ;

in secundum Consultorem : *Adm. R. P. Cornelius a Matre Dei* ;

in Rectorem Recessus SS. Crucis (Cincinnati) : *Adm. R. P. Valentinus a Virgine Perdolente*.

» » » SS. Cordis Iesu (Louisville) : *Adm. R. P. Iulius a Corde Mariae* ;

» » » N. D. Boni Consilii (St. Louis) : *Adm. R. P. Kieranus ab Immaculato Corde Mariae* ;

» » » S. Francisci de Hieronymo (St. Paul) : *Adm. R. P. Robertus Felix a Maria Virgine* ;

» » » Immaculatae Conceptionis (Chicago) : *Adm. R. P. Hermannus Ioseph a Septem Doloribus* ;

» » » S. Gabrielis (Des Moines) : *Adm. R. P. Bernardus Maria a S. Corde Mariae* ;

» » » S. Pauli a Cruce (Detroit) : *Adm. R. P. Clarentius a Passione* ;

» » » Matris Dolorosae (Sierra Madre) : *Adm. R. P. Lambertus a Matre Dei* ;

in Magistrum Novitiorum : *Adm. R. P. Faustinus a SS. Sacramento*.

Professiones perpetuae. In Recessu S. Francisci de Hieronymo (St. Paul), die 29 Septembris 1946, vota perpetua emisit *Confrater Dominicus a S. Michaële*.

Professiones temporariae. In Recessu S. Francisci de Hieronymo (St. Paul), die 27 Februarii 1946, vota temporaria emisit

Frater Stephanus a Maria; die 9 Iulii 1946, *Confratres*: *Paulus Maria a Matre Dolorosa*, *Augustinus Paulus a S. Familia*, *Ioachim a Matre Dolorosa* et *Beda a Matre Dei*.

Ex Prov. S. Cabrielis a Virgine Perdolente. — *Electio extracapitularis.* Cum vacasset munus Rectoris in Recessu S. Pauli a Cruce (Natoye) ob renuntiationem Rectoris Adm. R. P. Romani a Iesu, adversae valetudinis causa, Curia Provincialis, die 18 Maii 1946, ad idem munus elegit *Adm. R. P. Andream a Maria Mediatrice*, quam electionem Rev.mus P. Praepositus Generalis ratam habuit et confirmavit.

Ordinationes sacrae. Die 7 Aprilis 1947, in ecclesia de Visé, per manus Exc.mi ac Rev.mi D. Ludovici Kerkhofs, Episcopi Leodiensis, sacrum Presbyteratus Ordinem susceperunt *Patres*: *Marcellinus a Cruce*, *Conradus a SS. Cordibus* et *Desideratus a Matre S. Spei*.

Professiones temporariae. In Recessu S. Gabrielis a Virgine Perdolente (Kruishautem), die 9 Septembris 1943, vota temporaria emiserunt *Confratres*: *Fridericus a Matre Dolorosa*, *Cornelius a S. Gabriele* et *Aloisius ab Immaculata Conceptione*; die 4 Septembris 1946, *Confratres*: *Urbanus a Iesu*, *Theophanes a Matre Dolorosa*, *Albanus a Matre Dolorosa*, *Rembertus a Maria Mediatrice*, *Philippus ab Immaculata Conceptione* et *Medardus a S. Gemma Galgani* atque *Fratres*: *Edmundus a Iesu Infante* et *Henricus a S. Gemma Galgani*.

Ex Prov. Spiritus Sancti. — *Electiones extracapitulares.* Curia Provincialis, die 4 Augusti 1947, ad munus Rectoris in Recessu de St. Ives elegit *Adm. R. P. Bedam a S. Familia* et ad munus Rectoris in Recessu S. Gabrielis (Leopold, Geelong) *Adm. R. P. Xaverium a Vultu Sancto*, quas electiones Rev.mus P. Praepositus Generalis, die 16 Augusti 1947, ratas habuit et confirmavit.

Professiones temporariae. In Recessu Praesentationis B. M. V. (Goulburn), die 6 Octobris 1946, vota temporaria emisit *Frater Callistus a Quinque Vulneribus*; die 8 Decembris 1946, *Confratres*: *Hadrianus a Matre Dei*, *Brendanus a Matre Dolorosa*, *Clemens a Iesu Infante*, *Hieronymus a Iesu* et *Maria* atque *Linus a Maria*, itemque *Frater Iosephus ab Assumptione*.

Ex Prov. Pretiosissimi Sanguinis. — *Professiones perpetuae.* In Recessu SS. Ioannis et Pauli (Peñafiel), die 21 Novem-

bris 1946, vota perpetua emis(er)unt *Confratres: Bonifatius a S. Ioseph, Carolus a Iesu Agonizante et Raphael a Iesu Patiente.*

Ex Prov. Matris S. Spei. — *Electio extracapitularis.* Cum vacasset munus Rectoris in Recessu Matris S. Spei (Maria-Hoop) ob electionem Adm. R. P. Dominici a N. D. SS. Cordis Iesu in Praepositum Provinciae S. Michaëlis Archangeli, Curia Provincialis, die 25 Iunii 1947, ad idem munus elegit *Adm. R. P. Martinum a Virgine Perdolente*, quam electionem Rev. mus P. Titus a S. Paulo a Cruce, ex delegatione, ratam habuit et confirmavit.

Professiones temporariae. In Recessu Matris S. Spei (Maria-Hoop), die 24 Octobris 1946, vota temporaria emis(er)unt *Confratres: Geron a N. D. de Fatima, Bruno Maria a Bono Pastore, Lucas a Pretiosissimo Sanguine, Sophronius a SS. Redemptore et Athanasius a Virgine Perdolente.*

Ex Prov. S. Patritii — *Capitulum Provinciale.* Habitum est a die 6 ad diem 13 Iunii 1947 in Recessu S. Pauli a Cruce (Dublin) eique praefuit Rev. mus P. Praepositus Generalis Albertus a Virgine Perdolente. Electi autem fuerunt :

in Praepositum Provinciae : *Adm. R. P. Cronanus a Virgine Perdolente ;*

in primum Consultorem : *Adm. R. P. Petrus Paulus a Septem Doloribus ;*

in secundum Consultorem : *Adm. R. P. Terentius a N. D. Perpetui Succursus ;*

in Rectorem Recessus S. Pauli a Cruce (Dublin) : *Adm. R. P. Christophorus a Corde Agonizante Iesu ;*

» » » S. Mungonis (Glasgow) : *Adm. R. P. Cormac a Matre Dolorosa ;*

» » » SS. Crucis (Belfast) : *Adm. R. P. Bonaventura a Quinque Vulneribus ;*

» » » S. Gabrielis (Enniskillen) : *Adm. R. P. Placidus a B. Maria Virgine ;*

» » » B. M. V. Immaculatae (Musselburgh) : *Adm. R. P. Angelus a Quinque Vulneribus ;*

» » » S. Ioseph (Collooney) : *Adm. R. P. Stephanus a SS. Sacramento ;*

» » » S. Michaëlis (Dankeith) : *Adm. R. P. Fabianus a Iesu Crucifixo ;*

in Magistrum Novitiorum : *Adm. R. P. Oliverius a SS. Corde Iesu,*

Professiones temporariae. In Recessu S. Gabrielis (Enniskillen), die 12 Ianuarii 1945, vota temporaria emisit *Confrater Athanasius a Matre Dolorosa* ; die 16 Iulii 1945, *Fratres : Gabriel a Matre Dolorosa et Michaël a Matre Dolorosa* ; die 15 Septembris 1945, *Confratres : Paulinus a Matre Dei, Eunanus a Matre Iesu, Bernardinus a Matre Dolorosa, Marius a Matre Dei et Cornelius a SS. Corde Iesu* ; die 2 Februarii 1946, *Confratres : Aquinas a SS. Sacramento, Conradus a SS. Rosario et Ioannes Franciscus a Matre Dolorosa* ; die 27 Februarii 1946, *Frater Iosephus a SS. Corde Iesu* ; die 15 Septembris 1946, *Confratres ; Salvianus ab Immaculato Corde Mariae et Leonardus a Matre Dolorosa* ; die 11 Octobris 1946, *Confratres Albanus a Virgine Perdolente et Theophanes ab Immaculato Corde Mariae* ; die 8 Decembris 1946, *Frater Alfonsus ab Immaculato Corde Mariae.*

Ex Vicepr. Poloniae. — *Professiones temporariae.* In Recessu Patrocinii S. Ioseph (Sadowie), die 24 Martii 1946, vota temporaria emisit *Frater Augustinus ab Immaculata Conceptione* ; die 15 Septembris 1946, *Frater Martinus a Puero Iesu.*

II

VARIA NOTATU DIGNIORA

IN LOCO SORIANO AL CIMINO CCCCI, ANNUS AB INVENTIONE SACRI CORPORIS S. EUTYCHII M. SOLEMNITER RECOLITUR.

Quadragesimum quinquagesimum annum ex quo sacrae exuviae S. Eutychie Martyris inventae sunt (1496) Sodales nostri Recessus S. Eutychie, Clerus populusque Surianensis solemniter commemorandum atque celebrandum duxerunt. Propterea, vespere diei 11 Maii 1946, sacrum corpus ex ecclesia nostri Recessus solenni pompa translatum est Surianum ad ecclesiam S. Eutychie ; exinde, die 14 Maii, in Collegiatam, ubi die sequenti Exc.mus Episcopus Dioecesanus Sanctinus Margaria Missam pontificali ritu peregit, adstante Exc.mo D. Aloisio Rosa, Episcopo Balneoregiensi atque Em.mo Principe Ludovico Chigi-Albani, Militaris sui iuris ordinis Melitensis Magno Magistro, frequentissimoque populo. Die vero 19 Maii sacrae exuviae ad

illum ruris locum translatae sunt quo antiquitus fuerunt, et hinc tandem ad ecclesiam nostri Recessus Surianensis, quo mane diei 27. Maii pervenerunt.

IN VICARIATU APOSTOLICO S. GABRIELIS A VIRGINE PERDOLENTE
DE MARANON (IN PERUVIA) XXV ANNUS EX QUO MISSIO CON-
STITUTA EST SOLEMNI POMPA CELEBRATUR.

Ad XXV annum recolendum ex quo Missio S. Gabrielis a Virgine Perdolente constituta est (die 27 Februarii 1921), in civitate de Yurimaguas (in Peruvia), ubi Exc.mus Vicarius Apostolicus residet, Hebdomada Missionalis Eucharistica (a die 1 ad diem 8 Decembris 1946) et Hebdomada Synodalis (a die 9 ad diem 16 Decembris 1946) solemniter celebratae sunt.

Hebdomada Missionalis Eucharistica, quam sacrae expeditiones praecesserunt ab octo Missionariis binis habitae in variis Vicariatus stationibus, initium coepit die 1 Decembris, hora 9 a. m., a sacerdotali Ordinatione, peracta ab Exc.mo Vicario Apostolico in Ecclesia Vicariali, R. P. Modesti a SS. Corde Iesu (Erviti), C. P., qui, die 5 Decembris, primum Sacrum solemniter litavit.

Hebdomada Missionali perdurante, plures Missae cum Communionem generali locum habuerunt pro variis religiosis societatibus pluresque Missae solennes celebratae sunt; varii missionales sermones a variis oratoribus habiti sunt et ludi scaenici ab alumnis collegii S. Gabrielis; insuper lumina et artificiosi ignes communem laetitiam auxerunt.

Die 7 Decembris Consilium Provinciale populusque de Yurimaguas, in grati animi signum, solemniter et publico ritu Missionariis obtulit artisticam tabulam, tria praecipua opera exprimentem a Missione in populi favorem effecta, nempe: Ecclesiam Cathedralis, Collegium S. Gabrielis et Valetudinarium S. Gemmae Galgani.

Mane diei 8 Decembris, post Missam Communionis generalis Filiarum Mariae devotique populi, Missam Pontificalem celebravit Exc.mus D. Athanasius Caelestinus Járegui y Goiri, Episcopus titularis Mossinensis et Vicarius Apostolicus S. Gabrielis a Virgine Perdolente de Marañón, C. P., qui et sermonem texuit circumstantiae aptatum et Apostolicam Benedictionem (debita facultate a Summo Pontifice impetrata) Missionariis et populo impertivit.

Post quae sollemnis et publica processio cum SS. Eucharistia per vias civitatis ducta est.

Vespere autem academia litterario-musicalis cum ludis scaenicis locum habuit, in qua partes ceperunt sociae Actionis Catholicae et alumnae atque ex-alumnae Collegii Matris Dolorosae, ad Sorores Franciscas Missionarias pertinentis.

Musices partes in sacris functionibus cum laude expleverunt plures ex Missionariis nostris sub directione P. Dominici ex nostro Recessu Limano.

Occasione huius sollemnis celebrationis Summus Pontifex Pius PP. XII Exc.mo Vicario Apostolico S. Gabrielis a Virgine Perdolente de Marañón gratulatoriam et auguralem epistolam cum Apostolica Benedictione misit; gubernia vero Peruvianum et Hispanum eidem Exc.mo Jáuregui insignia respective concesserunt de « Comendador de la Orden del Sol » et de « Encomienda de Número de la Orden de Isabel la Católica ».

Immediate post Hebdomadam Missionalem Eucharisticam Synodus Vicariális celebrata est (per dies 8 producta), fere omnibus Missionariis assistentibus et Praesidente Exc.mo Vicario Apostolico, in eaque variae quaestiones tractatae sunt, necessitates Vicariatus Apostolici respicientes.

Quo melius memoria faustissimae iubilare celebrationis apud posteros perduret, Vicariatus Apostolicus ut volumen (« *En la Amazonía Paruana... 1921-1946* ») ederetur curavit, in quo notitiae et photographicae illustrationes traduntur Vicariatum nostrum Peruvianum illustrantes.

IN LOCO RIVAROLO LIGURE ET ALIBI CC ANNUS A PISSIMA MORTE
ANNAE MARIAE MASSARI, MATRIS S. PAULI A CRUCE, SOLEM-
NITER COMMEMORATUR.

A die 31 Octobris 1946 ad diem 17 Augusti 1947, curante P. Disma a Virgine Perdolente, C. P., pluribus in locis bis centesimus annus celebratus est ex quo Anna Maria Massari, S. Pauli a Cruce piissima parens, ad superos avolavit (die 10 Decembris 1746).

Uvadae, in natali domo S. Pauli a Cruce, die 31 Octobris 1946, magno cum populi concursu, marmoreus lapis inauguratus est, virtutes et honorem commemorans Annae Mariae Massari: « *Florescit omni tempore virtus* » - *Da queste mura - silenti testimo-*

ni di nascosto eroismo - perenne al mondo ritorni - l'eco sovissimo - del cuore puro, ardente e generoso - di - ANNA MARIA MASSARI DANEO - 1672-1746 - eletta dal cielo a Madre di Santi - La Chiesa, l'Italia, Ovada - a lei sono debitrice di fulgide glorie - S. Paolo della Croce - e Giovanni Battista di S. Michele Arcangelo - Le donne Ovadesi - nel II Centenario della morte - 1946.

Alius marmoreus lapis positus est in Oratorio B. M. V. Nuntiatae, in memoriam nuptiarum - quae ibi celebratae sunt - parentum S. Pauli a Cruce : *In questo Oratorio - che nei secoli il culto degli Ovadesi - alla Madre di Dio rese celebre - LUCA DANEO e ANNA MARIA MASSARI - il 6 gennaio 1692 - si giurarono fedeltà - Il cielo soavemente loro sorrise - Paolo della Croce - e - Giovanni Battista di San Michele Arcangelo - sono frutti del loro amore - Le donne Ovadesi - questo ricordo posero nel 1946.*

Triduana solemnitas habita sunt in Cathedrali Aquensi et in locis Casal Cermelli atque Castellazzo Bormida.

Omnium tamen celebrationum solemnissima habita est in pago natali Annae Mariae Massari, vulgo Rivarolo Ligure. Hic, postquam duo Sodales nostri per plures dies sermones ad populum habuerunt, mane diei 17 Augusti 1947, Missam cum Communionem Generali celebravit Exc. mus D. Franciscus Canessa, Episcopus titularis Sareptenus et Auxiliaris Archiepiscopi Ianuensis, qui etiam Missae solenni pontificaliter adstitit. Vespere autem marmoreus lapis discooperatus est, prope Baptisterium collocatus, memorans quod ibi Anna Maria Massari, die 17 Augusti 1672, baptismali unda lustrata est : *A questo sacro fonte battesimale - il 17 agosto 1672 - ricevette la vita della grazia - ANNA MARIA MASSARI-DANEO - donna forte e sapiente - eletta dal cielo a Madre di Santi - Paolo della Croce - e - Giovanni B. di S. Michele A. - Fondatori della Congregazione - dei Passionisti - Le donne di Gevoa-Rivarolo - nel secondo centenario della morte - 1947. Tandem, post Pontificales Vesperas et opportunum sermonem, solemniter hymnus « Te Deum » cantatus est.*

Occasione solennis celebrationis Baptisterium artisticè restauratum est, ac per tres vespere ecclesiae frons, turris campanaria et praecipuae pagi viae luce electrica splendide illuminatae sunt. Ingens fuit populi concursus ad sacras functiones. Sumptus impensi ad 200.000 libellarum computantur..

IN RECESSU S. FRANCISCI XAVERII (LOS LIRIOS, IN CHILE), PROV. PRETIOSISSIMI SANGUINIS, NOVA SCHOLA APOSTOLICA INAUGURATUR.

Die 13 Aprilis 1947 solemni pompa inaugurata est nova Schola Apostolica in Recessu S. Francisci Xaverii (Los Lirios, in Chile), ad Provinciam Pretiosissimi Sanguinis pertinente.

Celebrationi sacra Missio praecessit, qua durante sermones ad populum habuerunt Patres Donatus a Passione et Ildefonsus ab Immaculata.

Die 13, hora 8, Missam cum Communionem generali (ad quam 400 fideles accesserunt) celebravit Adm. R. P. Aemilius a Iesu, ex Republica Argentina proveniens et Provinciam Immaculatae Conceptionis repraesentans. Hora 11 solemne Sacrum litavit Adm. R. P. Nazarenus a Corde Mariae, Scholae Apostolicae Superior, qui hac eadem die quinquagesimum annum ab emissis votis celebravit.

Post Missam solemnem Adm. R. P. Modestus a S. Paulo, Rector Recessus S. Ioseph (Viña del Mar, in Chile), ad populum sermonem habuit circumstantiae aptatum, ac deinde P. Nazarenus praesentibus gratias egit.

Exc.mus D. Eduardus Larraín Cordovez, Episcopus Dioecesanus (Rancaguensis), postquam, mane, Missae adstitit, Scholam Apostolicam solemniter benedixit, et vespere Confirmationis sacramentum 97 pueris administravit.

Memorabilis celebratio vespere, per ultimum Missionis sermonem et Apostolicam Benedictionem, absoluta est.

Praeter Exc.um Episcopum Dioecesanum celebrationi interfuerunt Sodales nostri, omnes Recessus de Chile repraesentantes, Adm. R. P. Superior Conventus S. Francisci de Mostazal, O. F. M., magna pars Communitatis Rancaguensis Societatis Mariae (Maristae), Adm. R. D. Raphaël Estrada, Parochus de El Olivar, et Adm. R. D. Aloisius Mardones, Parochus S. Lucretiae de Santiago.

COTRACI (IN BELGIO) EXC.MUS D. IOSEPHUS AUGUSTINUS HAGENDORENS, C. P., VICARIUS APOSTOLICUS DE TSHUMBE (IN CONGO BELGICO), EPISCOPALEM UNCTIONEM ACCIPIT.

Die 30 Aprilis 1947, in ecclesia S. Martini, loci Courtrai (in Belgio), Exc.mus D. Henricus Lamiroy, Episcopus Brugensis, as-

sistentibus Exc.mis DD. Roberto Constantio Lagae, O. P., Episcopo titulari Triccaeo, Vicario Apostolico de Niangara, et Francisco Van den Bergh, Episcopo titulari Bosetauo, Coadiutore cum iure successionis Exc.mi Vicarii Apostolici de Lisala, Exc.mum D. Iosephum Augustinum Hagedorens, C. P., Vicarium Apostolicum de Tshumbe, Episcopum consecravit.

Sacro ritui adfuerunt, inter alios, Adm. R. P. Martinus a S. Familia, IV Consultor Generalis Congregationis nostrae, Adm. R. P. Bernardinus a SS. Vulneribus, Praepositus Prov. S. Gabrielis a Virgine Perdolente, Adm. R. P. Gabriel a SS. Sacramento, Praepositus Provinciae, Matris S. Spei, plures Sodales Congregationis nostrae, necnon illustrissimi viri tam ex ordine ecclesiastico quam civili; qui omnes postea in nostrum Recessum S. Antonii Patavini converunt, ut Exc.mo Episcopo recens consecrato gratulationes et vota offerrent.

S. PAULUS A CRUCE PATRONUS SECUNDARIUS DIOECESIS SOANENSIS-PITILIANENSIS CONSTITUITUR, ET TABULA EIUSDDEM SANCTI IN ECCLESIA CATHEDRALI PITILIANENSI INAUGURATUR.

Mense Iulio anni 1946 Synodus Dioecesana Soanensis-Pitilianensis consensit Exc.mo Ordinario loci Stanislao Amilcari Battistelli, C. P., proponenti quod a Summo Pontifice postularetur ut S. Paulum a Cruce dignaretur constituere Compatronum dioecesis Soanensis-Pitilianensis.

Rationes quae id suadebant sunt sequentes: 1) S. Paulus a Cruce, cum licentia Episcopi Soanensis-Pitilianensis, Congregationis a SS. Cruce et Passione fundamenta iecit intra huius dioeceseos fines, eremos SS. Nuntiatae et S. Antonii condendo in Monte Argentario ad suos asseclas colligendos; 2) in eadem dioecesi primas sacras expeditiones habuit, ac deinde pluries, fere omnes paroecias peragrans, plurimas conversiones operans et insignia prodigia patrans; 3) antiquissima et incensa Cleri populi que devotio erga S. Paulum a Cruce in dioecesi Soanensi-Pitilianensi adhuc permanet.

Summus Pontifex Pius Papa XII, precibus annuens Exc.mi Ordinarii, Canonicorum Collegii totiusque Cleri necnon universi populi, Brevi diei 25 Maii 1947, S. Gregorium Septimum, Pontificem Maximum, Patronum apud Deum aequae Principalem cum S. Mamiliano, Episcopo et Martyre; necnon S. Paulum a Cruce,

Confessorem, Patronum secundarium totius dioeceseos Soanensis-Pitilianensis, omnibus ac singulis privilegiis adiectis, quae locorum Patronis rite competunt, confirmavit, constituit et declaravit.

Quapropter, vespere diei 11 Iulii 1947, in Cathedrali Pitilianensi adstantibus plurimis sacerdotibus — ad quos Adm. R. P. Fidelis a Iesu et Maria, Rector Recessus SS. Ioannis et Pauli de Urbe, spiritualia Exercitia habuerat — frequentique populo, ampla tabula S. Paulum a Cruce de Passione dominica verba facientem repraesentans et a Iosepho Santelli ex Signa depicta, solemniter inaugurata est.

Sacrae caeremoniae hic fuit ordo. Exc. mus Battistelli imaginem solemniter benedixit atque post cantum hymni « Iste confessor » sermonem ad populum habuit, memorans S. Paulum a Cruce bis in Pitilianensi Cathedrali sacram Missionem peregissee et rationes exponens ob quas idem Sanctus dioeceseos Compatronus declaratus esset. In fine trinam Benedictionem Eucharisticam populo impertivit.

BIBLIOGRAPHIA

MONITUM

Meminerint Superiores et Scriptores Sodalitatis nostrae omnium operum quae a nostris eduntur, etiamsi tantum novae editiones sint, trina exemplaria ad Secretarium Generalem Congregationis mittenda esse, tum ut in Archivo Generali Congregationis et in Sacro Musco ad Scalam Sanctam erecto omnia a nostris edita opera, licet exiguae molis, haberi et servari possint, tum ut de iisdem in hoc Commentario notitiam dare valeamus.

P. MARCELLO DELL'ANNUNZIATA, PASSIONISTA, *Viaggio al Calvario*. Mazara, Società Editrice Siciliana (1947), cm. 11,3 x 17,5 pp. 124. - Pretium : libellae 140.

Nitida hac opella P. Marcellus a Nuntiata poëticam interpretationem exhibet scaenarum vitae dolorosae D. N. I. C. quae « Via Crucis » audiunt. Revera hi versus, extremis syllabis non consonantes, lyricum impulsus produnt ac historiam evangelicam pulchris imaginibus et aliquando etiam personis exornant.

Verba S. Scripturae, vaticinia et figurae dominicae Passionis, quae in his carminibus saepe evocantur et illustrantur, profundam demonstrant qua auctor pollet cognitionem librorum sacrorum.

In fine libri sobriae sed succosae notae apponuntur ad faciliorem reddendam intelligentiam quorundam versuum.

Lectionem proinde huius pii ac litterarii libri gratam utilemque omnibus putamus ac valde commendamus.

LUKE MISSETT, C. P., *Essays on effective preaching. The Pews talk back.* The Newman Bookshop, Westminster, Maryland (1946), cm. 13,2 x 19,6, pp. VIII-84.

Praesens opusculum, a P. Luca a Virgine Perdolente (Roberto Missett) concinne exaratum, parvum sed utilissimum vademecum sacri oratoris nostri temporis definiri potest. Postquam auctor synthetice locutus est in capite I de dotibus essentialibus requisitis in omni oratore sacro, in sequentibus capitibus tractat in specie de usu vocis (cap. II), de praeparatione sermonum tum proxima (cap. III) tum remota (cap. V), de accommodatione sermonum mentibus et animis auditorum (cap. IV), de modo se habendi in suggestu ac praesertim de gestibus (cap. VI) ac demum in ultimo capite (VIII) de modo in publico legendi.

La settimana della Passione di N. S. Gesù Cristo. Stab. Tip. Cattaneo, Novara, 1946, cm. 9,5 x 13,2, pp. 48. - Pretium : libellae 10.

Opusculum hoc, a P. Christophoro a Virgine Perdolente conscriptum, utilissimo adiumento esse potest nostris Missionariis aliisque ad devotionem erga dominicam Passionem propagandam et nutriendam; nam in ipso aptae considerationes et preces habentur circa mysteria Passionis D. N. I. C. per singulos hebdomadae dies dispositae, praeter alia pia exercitia quae iam sunt in fidelium usu.

PADRE CRISTOFORO DELL'ADDOLORATA, PASSIONISTA, *La settimana della Passione di N. S. Gesù Cristo.* 2. a edizione. Tipografia Provera e C., Novara (1947), cm. 8,5 x 12, pp. 64. Pretium : libellae 15.

Prima editione praecedentis opellae (5.000 exemplariorum) brevi exhausta, auctor secundam paravit, quae priorem superat copia considerationum et piorum exercitiorum.

BERNARD LATZARUS, *St. Gabriel, Passionist.* Wrij bewerkt naar het Frans door P. HILARION C. P. Drukkerij Missiehuis, Sittard, (1946), cm. 13,1 x 18,5, pp. 200.

Occasione 25 anni ex quo S. Gabriel a Virgine Perdolente inter Sanctos est adlectus (die 13 Maii 1920), P. Hilarion a N. D. Mediatrice (Ioannes Iac.

Vanlaer), hortante Adm. . P. Dominico a Virgine SS. Cordis Iesu, tunc Praeposito Prov. Matris S. Spei, editionem hanc vitae S. Gabrielis a V. P. curavit, quae est versio, seu potius recognitio, in linguam Hollandicam, biographiae eiusdem Sancti lingua Gallica exarata a Bernardo Latzarus (Cf. *Acta*, vol. XII, p. 138).

MGR. J. HAGENDORENS, *Dikelemba Di'oyuyu diakawakadimula l'Otetela le* —. Mission Catholique, Tshumbe (1946), cm. 11 x 5,7, pp. 788.

Versio librorum Novi Testamenti in linguam « *Otetela* », peracta ab Exc. mo D. Iosepho Augustino Hagendorens, Vicario Apostolico de Tshumbe, adiuvante P. Rodulpho a Cordibus Dolentibus Iesu et Mariae (Aemilio Pyche).

Oproep tot jongens met ideaal. Een vriend wacht op mij. Maandschrift « *Kruis en Liefde* » extra-nummer September-October 1946. PP. Passionisten, Wezembeek-Oppem, [1946], cm. 18 x 26, pp. 32.

Fasciculus extraordinarius ephemeridis « *Kruis en Liefde* », imaginibus exornatus, in quo variis articulis iuvenibus praesertim dedicatis, synthetice describitur vita et apostolatus Congregationis nostrae..

Matricule 40379. Le Christ à Buchenwald. « Simple témoignage vécu », présenté par Charles Alméras. Imprimerie Jean Barbary. Langogne (Lozé e), 1946, cm. 11 x 17,7, pp. 96.

Simplex sed efficax narratio captivitatis Confratris Andreae Mariae a Cruce (Vinche) in Germania (in locis Altenkirchen, Buchenwald, Schönberg et Dachau-Allach) ad eius captura (mense Iulio anni 1943) ad illius liberationem (die 30 Aprilis 1945). Narrationi praefatus est et illam notis ditavit Carolus Alméras.

Jongens van Nederland! Uitgave Paters Passionisten, Mook, cm. 18 x 26, pp. 32.

Fasciculus extraordinarius ephemeridis « *Golgotha* », praecedenti similis, editus a Sodalibus nostris Prov. Matris S. Spei, occasione XXV anni a fundatione Scholae Apostolicae de Haastrecht (1946).

P. JOACHIM A S. FAMILIA (De Sanctis), C. P., *De exemptione ecclesiarum Congregationis Passionis a visitatione Ordinarii loci*. Praefatus est P. Emmanuel Suarez, O. P. — Pontificium Aethnaeum Neapolitanum, Facultas Juris Canonici (Piazza Donnaregina 23) Napoli, 1947, cm. 16 x 21, pp. 280-XVI. Venit libellis italicis 350.

R. P. Ioachim a S. Família (Humbertus De Sanctis), C. P., ad lauream consequendam in Facultate Iuris Canonici apud Pontificium Athenaeum Neapolitanum thesim scripsit de exemptione ecclesiarum Congregationis nostrae a visitatione Ordinarii loci, quae nuper in lucem edita est.

Dissertatio quatuor partibus constat. In prima parte (seu praeliminari: pp. 5-76) auctor tradit synopsis historicam generalem exemptionis ecclesiarum; in secunda parte (pp. 77-132) iuridicum fundamentum ponit exemptionis ecclesiarum Congregationis nostrae; in tertia parte (quae praecipua est pp. 133-170) evincit perduratum exemptionis ecclesiarum Congregationis nostrae post editum Codicem Iuris Canonici, et in quarta demum parte (quae ut appendicularis haberi potest: pp. 171-203) in specie tractat de exemptione ecclesiarum non formatarum Congregationis nostrae.

« Opus » -- ut habet clarissimus Emmanuel Suarez, O. P., in praefatione -- est « sane magnae utilitatis pro ipsamet Passionis Congregatione. Imo, et pro omnibus iuris canonici cultoribus, quandoquidem in eodem inveniunt lucidam expositionem eorum praesertim quae pertinent ad conservationem privilegiorum, quae ante Codicem per communicationem obtenta fuerunt ».

Peropportune P. Ioachim in operis epilogo (pp. 201-203) « practicum hoc privilegium utendi modum » indigitat.

FATHER OSMUND THORPE C. P., *Ecclesiastical Vocations. How to recognize and foster them* - Pellegrini and Co. Pty. Ltd., Sydney [1944], cm. 11 x 18, 3, pp. VI-66.

In sex capitibus, quibus hoc opusculum constat, P. Osmundus a SS. Sacramento (David Thorpe), synthetico sed perpiscuo eloquio, tractat de origine, de studio et cura, de signis, de conquisitione et delectu vocationum ecclesiasticarum, ac de preparatione ad Sacerdotium.

STEPHEN M. HANFORD, C. P., *After night - the dawn. The life of Paul Mary Pakenham, Passionist* - Passionist Retreat, 5700 N. Harlem Avenue, Chicago, Illinois [1944], cm. 12 x 17, pp. X-46.

Brevis sed alliciens narratio exemplaris vitae P. Pauli Mariae a S. Michaelis Archangelo (Caroli Reginaldi Pakenham: 1821-1857).

P. HILARION, PASSIONIST, *Bidden met Gemma. Gebeden en overwegingen in vereniging met en ter ere van de Heilige Gemma*, samengesteld door —. Uitgave: Slotzusters Passionistinnen, Klooster H. Gemma, Sittard [1945], cm. 10,3 x 13, 6, pp. 388.

In hoc manuali collecta habentur a P. Hilarione a N. D. Mediatrixe plura devota exercitia, speciatim erga dominicam Passionem, SS. Eucharistiam, SS. Cor Iesu, B. M. Virginem, S. Ioseph aliosque Sanctos, ac praesertim S. Gennam Galgani, omnia hic atque illic verbis et cogitationibus lectissimae Virginis Lucensis sparsa, unde libri titulus: « Preces fundere cum S. Gemma ».

FR. MAURICE ST. JULIEN, C. P., *Making the Stations with Jesus*. Distributed by Cooperative Press, 7101 Natural Bridge RD., St. Louis 20, Mo., cm. 8 x 15 pp. 32.

In hoc libello placet et practicae meditationes proponuntur pro invisendis Stationibus Viae Crucis, illis personis potissimum dicatae quae etiam haec nostra aetate vitae angustiis et velocitate pressa aliquot momenta non semel invenire queunt ad comitandum et compatiendum Christum Dominum in suo doloroso itinere.

LEO BROWNING, *From khaki to cassock*. cm. 8,8 x 15,2, pp. 12.

Paucis notis, quasi ex diario desumptis, auctor narrat quomodo e militia terrestri ad militiam Summi Regis in nostra Congregatione transiverit. Optimum, ad vocationes excitandas, divulgationis opusculum.

SORIANO NEL CIMINO, *Ricordo delle solenni feste di Sant'Eutizio Martire* (11-19 maggio 1946). Casa Editrice «Cultura Religiosa Popolare», Viterbo, 1946, cm. 9,2 x 15, pp. 12.

Cánticos sagrados para las Misiones de PP. Pasionistas (con musica). «Redención», PP. Pasionistas, Bilbao - Deusto, 1946, cm. 10,7 x 15, pp. 88.

REV. OSMUND THORPE, C. P., *Dominic Barberi, C. P., an Apostle of England*. The Australian Catholic Truth Society, Melbourne and Sydney [1946], cm. 12,2 x 18, pp. 32.

Brevis sed accurata biographia Ven. P. Dominici a Matre Dei.

Catechism on the principal duties of the Passionist religious for the use of Novices. Revised edition in conformity with the Code of Canon Law [1946]. cm. 10,8 x 13,7, pp. 40.

Spiritual maxims from the letters of Saint Paul of the Cross. Catholic Truth Society of Ireland, Veritas House, Dublin [1946], cm. 12,2 x 18, pp. 16.

PATER DOMINICUS C. P., *Pater Fidelis van 't Kruis, Passionist* (James Kent Stone) 1840-1921. Uitgave: Paters Passionisten, cm. 15,5 x 22, pp. 148.

Praesens volumen, a P. Dominico a Virgine SS. Cordis Iesu (Bongers), allicienti stilo conscriptum, est adumbrantio (satis tamen diffusa) amplioris biographiae clarissimi P. Fidelis a Curce (Iacobi Kent Stone).

De lijdende Verlosser en zijn Smartvolle Moeder. Overwegingen en gebeden door P. Gabriel, Passionist. Tweede uitgave (1946: 7. e - 17. e duizental). Uitgave der Paters Passionisten [1947], cm. 8,5 x 13,6, pp. 398.

Manuale hoc, nitide impressum, continet versionem Flandricam et ampliationem (peractam a P. Gabriele a Matre Dolorosa [Victore Ludovico Martens]), Meditationum in dominican Passionem quas P. Ioannes Maria a S. Ignatio (Confessarius S. Pauli a Cruce) exaravit, et insuper preces et pia exercitia praesertim erga Iesum Patientem, Beatissimam Virginem et Sanctos Passionistas.

DEPOSITO CORPORE AD CHRISTUM MIGRAVERUNT

DE NUNTIO FUNEBRI

In exarando nuncio funebri nunquam omittantur : Nomen Congregationis vel Instituti ; dies, mensis et annus mortis ; nomen loci tam sacrum quam saeculare ; nomen Provinciae ; nomen religionis et saeculi defuncti vel defuntae ; dies, mensis et annus primae professionis.

Nuncium vero a Rectore domus, in qua defunctus morabatur, mittendum est tum ad Secretarium Generalem tum etiam ad singulos Provinciales, aliosque Superiores iuxta normas in novis Statutis n. 155 editas.

35. — *Die 9 Augusti 1947, in Monasterio B. M. V. Immaculae Lapurdiensis (Ovada), CONSOROR MARIA HYACINTHA AB IMMACULATA (... Gardi), quae, nata anno 1914, vota nuncupaverat die 30 Iulii 1947.*

36. — *Die 10 Augusti 1947, in Monasterio S. Ioseph (Mamers, in Gallia), SOROR MARIA BERNARDA A CORDE EUCHARISTICO IESU (...), quae, nata anno 1903, vota nuncupaverat die 1 Septembris 1927.*

37. — *Die 12 Augusti 1947, in Recessu N. D. a Rupibus (Molare), Prov. Immaculati Cordis B. M. V., P. HYGINUS A VIRGINE PERDOLENTE (Aegidius Fornasiero), qui, natus anno 1920, vota nuncupaverat die 15 Septembris 1941.*

38. — *Die 13 Augusti 1947, in religiosa domo de Lochgelly Fifeshire, SOROR MARIA DOLOROSA IOS. a SS. SACRAMENTO (Francisca Mc Carthy), Instituti Sororum SS. Crucis et Passionis D. N. I. C., quae, nata anno 1922, vota nuncupaverat die 28 Augusti 1944.*

39. — *Die 19 Augusti 1947, in Recessu Matris S. Spei (Los Andes), Prov. Pretiosissimi Sanguinis, P. ALFONSUS A S. ANDREA (Franciscus Llorente), qui, natus anno 1887, vota nuncupaverat die 4 Aprilis 1906.*

40. — *Die 11 Septembris 1947, in Provincia S. Pauli a Cruce, P. RODULPHUS A MATRE DEI (Franciscus Balzer), qui, natus anno 1914, vota nuncupaverat die 15 Augusti 1934.*

41. — *Die 25 Octobris 1947, in Recessu SS. Salvatoris ad Scalas Sanctas (Romae), Prov. Praesentationis B. M. V., P. ALFONSUS A S. FELICE (Antonius Altier), qui, natus anno 1864, vota nuncupaverat die 5 Maii 1884.*

INDEX GENERALIS RERUM

quae Vol. XV, annos 1942-1947 complectente, Ephemeridis «Acta Congregationis a SS. Cruce et Passione D. N. I. C.» continentur.

Ex Actis Apostolicae Sedis.

Acta PII PP. XII.

Motu Proprio. Singulis sacerdotibus, Eucharisticum Sacrificium celebrantibus, Altaris Privilegiati facultas ad annum tribuitur, p. 57. — Motu Proprio. De Novae Psalmodiae Conversionis Latinae usu in persolvendo Divino Officio, p. 153. — Constitutio Apostolica. Ob institutam in Sinis Hierarchiam Episcopalem, Vicariatus de Yüanling, Congregationi nostrae conceditur, erigitur in Dioecesi Iuenlimensem, p. 265. — Constitutio Apostolica. Erigitur in Vicariatum Apostolicum Praefectura Apostolica de Tshumbe, in Congo Belgico, p. 309.

Acta Congregationum, Tribunalium, Officiorum et Commissionum Pontificalium.

Suprema Sacra Congregatio Sancti Officii.

Scrutationes radiaesthesiae Clericis et Religiosis districtae vetandae sunt, p. 28. — Decretum. De praevia censura librorum pietatis, p. 58. — Decretum. De finibus matrimonii, p. 154. — Opera et scripta Ernesti Buonaiuti proscribuntur, p. 155. — Systema Millenarismi mitigati tuto doceri non potest, p. 155. — Decretum. De vexillorum benedictione, p. 311.

Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum.

Decretum. De Confirmatione administranda iis, qui ex gravi morbo in mortis periculo sunt constituti, p. 265.

Sacra Congregatio Concilii.

Instructio. De fidelibus exhortandis ut Missae Sacrificio frequenter ac devote intersint, p. 2.

Sacra Congregatio Rituum.

Urbis et Orbis. De Communi Unius aut Plurium Summorum Pontificum inserendo in Communi Sanctorum post Commune Evangelistarum, p. 42. — Urbis et Orbis. Decretum. De lampade SS. Sacramenti et de luminibus in sacris functionibus adhibendis, p. 44. — Decretum. De usu salivae in administratione Baptismi, p. 155. — Urbis et Orbis. Officium et Missa pro festo Imma-

culati Cordis Beatæ Mariæ Virginis, p. 156. — Decretum de Martyrio et Causa Martyrii Ven. Servæ Dei Mariæ Goretti atque de dispensatione a miraculis seu signis, ut ad ulteriora procedi possit, p. 188. — Decretum de *Tuto* in ordine ad solemnem Beatificationem Ven. Mariæ Goretti, p. 188.

Sacra Pœnitentiaria Apostolica.

Dubium. De privilegio sacerdotibus concesso in Motu Proprio « Summo solacio », p. 59. — Declaratio circa indulgentiam plenariam crucifixis adnexam, solummodo in articulo mortis lucranda, p. 73. — Decretum. Indulgentiæ conceduntur piam invocationem recitantibus (« Domine, salva nos, perimus »), p. 137. — Dubia. De pio exercitio Viæ Crucis, p. 211. — Prex iaculatoria (« Fiat voluntas tua ») indulgentiis ditatur, p. 164.

Commissio Pontificia de Re Biblica.

Responsum. De versionibus Sacræ Scripturæ in linguas vernaculas, p. 121.

Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos.

Responsum ad propositum dubium (can. 692), p. 212.

Documenta Pontificia Congregationis nostræ.

Sacra Congregatio de Sacramentis.

Prorogatur ad quinquennium facultas nobis concessa Sacrum celebrandi post mediam noctem, tempore Missionum, p. 213.

Sacra Congregatio Concilii.

Prorogatur ad quinquennium indultum satisfaciendi præcepto paschali tempore Missionum, p. 189.

Sacra Congregatio de Religiosis.

Facultas tribuitur Rev. mo P. Praeposito Generali Congregationis nostræ novum Monasterium Sanctimonialium a Passione erigendi in civitate Matritensi (in Hispania), p. 45. — Facultas tribuitur Rev. mo P. Praeposito Generali Congregationis nostræ deveniendi ad canonicam domus erectionem in civitate et dioecesi Barcinonensi (in Hispania), p. 60. — Celebratio Capituli Generalis Congregationis nostræ usque ad finem belli differtur, p. 74. — Capitula Provinciarum Italiæ ad finem belli differuntur, p. 89. — Facultas conceditur Adm. R. P. Praeposito Prov. B. M. V. a Pietate novum Recessum erigendi in loco v. « Cesta », Archidioec. Ferrariensis, p. 105. — Facultas conceditur Adm. R. P. Praeposito Prov. S. Patritii novum Recessum erigendi in loco v. « Achonry », p. 106. — Facultas conceditur Adm. R. P. Praeposito Prov. S. Familiæ novum Recessum erigendi in civitate v. « Caracas » (Vene-

zuela), p. 122. — Facultas conceditur Adm. R. P. Praeposito Prov. B. M. V. Dolorosae novum Recessum erigendi in loco v. « Itri », Archidioec. Caietanae, p. 123. — Facultas conceditur Adm. R. P. Praeposito Prov. a Pret. mo Sanguine novum Recessum erigendi in loco v. « Los Lirios », dioec. Rancaguen. in Chile, p. 124. — Facultas tribuitur Adm. R. P. Praeposito Prov. B. M. V. Dolorosae erigendi Novitiatum in loco v. « Ceccano », p. 157. — Ypris (in Belgio) novum erigitur Monasterium Sanctimonialium a Passione, p. 159. — Novus Recessus erigitur in civitate v. « Guadalajara » in Mexico, in Prov. S. Familiae, p. 189. — Novum Monasterium Sanctimonialium a Passione erigitur in civitate Chicagiensi, p. 190. — Novus Recessus erigitur in loco v. Geelong, in Prov. Spiritus Sancti, p. 214. — Novus Recessus erigitur in loco v. Dankeith, in Prov. S. Patritii, p. 214. — Novus Recessus erigitur in civitate et dioecesi Sacramenten., in Prov. SS. Crucis, p. 266. — Novus Recessus erigitur in loco v. Houston, dioec. Galvestonien., in Prov. SS. Crucis, p. 266. — Novus Recessus erigitur in civitate et dioecesi Hartfortiensi (Hartford), in Prov. S. Pauli a Cruce, p. 267. — Novum Monasterium Sanctimonialium a Passione erigitur in civitate et dioecesi Owensburgensi (Owensboro), in Statibus Foederatis Americae, p. 267. — Novus Recessus erigitur in loco v. Paula Freitas, dioec. De Ponta Grossa, in Prov. Calvarii, p. 267. — Novus Recessus erigitur in loco v. Sezano di Quinto Vapantena, dioec. Veronensis, in Prov. Immaculati Cordis B. M. V., p. 268. — Novus Recessus erigitur in loco v. Mondovì, in Prov. Immaculati Cordis B. M. V., p. 268. — Approbatio decreti 27 Cap. Generalis XXXV (de institutione Superioris ad nutum amovibilis in domibus Alumnatus), p. 311. — Facultas tribuitur Ordinario Covingtonensi erigendi novum Monasterium Sanctimonialium a Passione in loco Covington, in Statibus Foederatis Americae, p. 313. — Dimissio P. Marli Isopo e Congregatione nostra rata habetur et confirmatur, p. 346.

Sacra Congregatio de Propaganda Fide.

Rev. mus P. Iosephus Augustinus Hagendorens, C. P., Praefectus Apostolicus de Tshumbe, Titul. Episcopali Ecclesiae Caffenae praeficitur, p. 313.

Sacra Congregatio Rituum.

Festum Septem Dolorum B. M. V., die 15 Septembris, ad ritum duplicem primae classis pro universa Congregatione evehitur, p. 5. — Approbantur scripta Servi Dei P. Bernardi Mariae a Iesu, p. 29. — Decretum. Romana seu Sabinen. Beatific. et Canoniz. Servi Dei Bernardi Mariae a Iesu. Super dubio « An signanda sit Commissio Introd. Causae », p. 61. — Foliolum Commissionis pro Processibus Servi Dei Bernardi Mariae a Iesu, p. 75. — Conceditur dispensatio a conficiendo Apostolica Auctoritate Processu super fama sanctitatis in genere Servi Dei Bernardi Mariae a Iesu, p. 89. — Decretum quo approbantur omnes Processus tum Apost. tum ordinari super Virtutibus Servi Dei Galilaei Nicolini, p. 90. — Decretum quo nonnulli testes expuncti in superiore Decreto admittuntur in Causa Beatific. et Canoniz. Servi Dei Galilaei Nicolini, p. 91. — Edicitur constare de non Cultu in Causa Servi Dei Bernardi M. a Iesu, p. 107. — Elenchus Scriptorum Servi Dei

P. Bernardi M. a Iesu, p. 138. --- Decretum quo Scripta Servi Dei Bernardi M. a Iesu approbantur, p. 160. --- Decretum quo Officium et Missa propria S. Gemmae Galgani concessa Monasterio Lucensi extenduntur ad Congregationem nostram, p. 160. --- Rescriptum quo nonnulla alia Scripta Servi Dei Laurentii M. a S. Francisco Xaverio approbantur, p. 160. --- Rescriptum quo decernitur constare de Validitate Processuum tam ordinaria quam Apostolica Auctoritate constructorum pro Causa Ariminensi Servi Dei Pii a S. Aloisio, p. 162. --- Decretum quo dispensatur a conficiendo Processu Apostolico super fama sanctitatis in genere in Causa Servi Dei Ioannis a Spiritu Sancto, p. 162. --- Commissio Introductionis Causae Servi Dei Ioannis a Spiritu Sancto subsignatur, p. 190. --- Facultas conceditur celebrandi Missam Votivam S. Pauli a Cruce pro sacerdotibus peregrinis et ducibus peregrinorum in sacello eidem Sancto dicato in basilica SS. Ioannis et Pauli de Urbe, p. 268. --- Congregationi nostrae indulgetur ut festum B. Mariae Goretti, Virg. et Mart., recolere valeat sub ritu duplici minori, p. 313.

S. Congregatio pro Ecclesia Orientali.

Rev. mus P. Eugenius a SS. Corde Iesu (Vincentius Bossilkoff), C. P., in Episcopum Nicopolitanum eligitur, p. 347.

Sacra Paenitentiarum Apostolica.

Facultates S. Paenitentiarum ad triennium Rev. mo P. Praeposito Generali prorogantur cum potestate easdem communicandi aliis Congregationis nostrae Sodalibus, p. 65 et p. 163. --- Indulgentiae annexae erectioni Crucis in fine Missionum acquiri possunt etiam cum Crucifixi erectione, p. 190. --- Specialis concessio pro recitatione « Angelus Domini », p. 269.

Acta Capituli Generalis XXXV Congregationis nostrae, p. 285.

Acta Curiae Generalis

Nuntium.

Electio Rev. mi P. Eugenii a SS. Corde Iesu (Vincentii Bossilkoff), C. P., in Episcopum Nicopolitanum, p. 345.

Indicuntur preces pro Introductione Causae Beatific. et Canoniz. Servi Dei Bernardi M. a Iesu, p. 6. --- Epistola Rev. mi Praepositi Generalis de Iubilaeo Episcopali Summi Pontificis rite celebrando, p. 25. --- Epistola Em. mi Card. a Secretis Status, nomine Summi Pontificis ad Rev. mum Praepositum nostrum missa, qui eidem Beatissimo Patri, Iubilaeum episcopalem celebranti, gratulatione et vota, una cum spiritualibus oblationibus totius Sodalitatis nostrae, exhibuerat, p. 47. --- Directorium ad usum Missionariorum Prov. Immaculati Cordis B. M. V. approbatur, p. 77. --- De festo S. Gabrielis a Virg. Perdol. in anno bissextili, p. 165. --- De ludis scaenicis in Alumnatibus nostris, p. 165. --- Epistola Rev. mi Praepositi Generalis directa Postulatori Generali Congregationis nostrae pro initio Causae Beatif. et Canoniz. Servi Dei P. Nazareni ab Immaculata, p. 166. --- Epistola Rev. mi Praepositi Generalis ad sin-

gulos Praepositos Provinciales missa de quaestionibus in Comitibus Generalibus pertractandis, p. 167. — De Sodalibus nostris Romam venientibus, p. 168. — Indicitur Capitulum Generale XXXV Congreg. Nostrae, p. 185. — Dies statuitur pro Capituli Generalis XXXV celebratione, p. 209. — Prima epistola a Rev.mo P. Praeposito Generali Alberto a Virgine Perdolente Sodalibus universis missa, p. 233. — Secretarius Generalis Congregationis (Adm. R. P. Hyacinthus a SS. Crucifixo) in suo munere confirmatur, p. 260. — Bis centesimus annus a prima solenni approbatione Regularum nostrarum praescribitur recolendus, p. 260. — Inducuntur preces pro Congregatione Praeparatoria super Virtutibus et Miraculis in specie Servi Dei Laurentii M. a S. Francisco Xaverio, p. 261. — Praefectus Generalis pro Studiis instituitur, p. 269. — Usus novi Psalterii in Recessu SS. Ioannis et Pauli admittitur, p. 269. — Novus Secretarius Generalis pro Missionibus eligitur, p. 270. — Rector eligitur Recessus SS. Ioannis et Pauli, p. 270. — Novus designatur Kalendarii dispositor, p. 270. — Litterae postulatoriae a praecedenti Curia Generali SS. D. N. Pio PP. XII exhibitae ad petendam definitionem Assumptionis Beatae Mariae Virginis, p. 250. — Capitulum Generale XXXV Congregationis nostrae postulat a Summo Pontifice Pio XII dogmaticam definitionem Assumptionis Beatae Mariae Virginis, p. 314. — Rev.mus Praepositus Generalis a Summo Pontifice postulat ut in « Anuario Pontificio... » Congregatio nostra inscribatur inter religiosa Instituta quae Ipsum Summum Pontificem tanquam Protectorem habent, p. 316. — Inducuntur preces pro Congregatione antepaeparatoria super duobus Miraculis quae tribuuntur intercessioni B. Vincentii M. Strambi, p. 317.

Communicationes et monita.

De peracta impressione, italico sermone, documentorum quae in religiosa professione, sive temporaria sive perpetua conscribi debent, p. 30. — Precatio piacularis in festo SS. Cordis Iesu dicenda, ommissa formula Consecrationis Congregationis nostrae, p. 66. — Attentis praesentis temporis difficultatibus Sodales omnes rogantur ut velint se a petenda licentia Romam veniendi abstinere, nisi id extraordinaria necessitas postulet, p. 77. — De oratione vespertina non contrahenda ob Missas cantatas extra tempus orationis matutinae, p. 92. — De culpa in triclinio dicenda, p. 92. — Variationes faciendae in nostro Rituali, p. 191. — Scriptores designantur ephemeridis « Acta Congregationis... » nostrae, p. 192. — Variationes faciendae in nostro Rituali circa sacros ritus qui a nostris peragi solent sub finem Missionum vel Exercitiorum, p. 191. — Electio Vice-Postulatoris Generalis (P. Marcelli a SS. ma Nuntiata), p. 192. — Rev.mi Praepositi Generalis (Alberti a Virgine Perdolente) grata sensa et vota, p. 273. — De Missis superfluis Romam mittendis, p. 274. — De Sodalibus Romam venientibus, p. 254. — Absentia Rev.mi Praepositi Generalis, p. 274. — Conventionalis inscriptio pro telegrammatis Romam ad Praepositem Generalem mittendis, p. 254. — Beatificatio Servae Dei Mariae Goretti, p. 275. — De Licentiis a Rev.mo P. Praeposito Generali obtinendis, p. 347. — De Catalogo generali Sodalium proxime edendo, p. 348. — De Necrologiis Romam mittendis, p. 348.

Postulatio Generalis.

